

DXXI.

Dat. Romæ  
7. decembris  
1784.  
anno X.

**Reformatio partis constitutionum capitularium metropolitanæ ecclesiæ Toletanæ super probationibus nobilitatis capitularium.**

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. **D**ecet Romanum pontificem, ut commodo, et utilitati omnium Christianidelium præsertim vero illorum, qui in sortem Domini sunt vocati, provide consulat, ea statuta, et ordinationes singularum ecclesiarum, quarum servitio sunt addicti, moderare, ac interdum etiam penitus abolere, quarum custodia licet pridem fuerit probe volita, temporis tamen progressu, vel ob miseram humanarum rerum conditionem, vel ob alias superventas urgentissimas causas difficiles, nec raro noxia comperta est; ut sic ea omnia prorsus removeantur impedimenta, quæ divini cultus augmentum quodammodo retardare possent, prout in Domino salubriter expedire arbitramur.

Methodus servanda juxta constitutiones capitulares in probanda nobilitate eligendorum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit venerabilis frater Franciscus Antonius archiepiscopus Toletanus, quod ad eam partem capitularium constitutionum suæ ecclesiæ metropolitanæ alias a felicis recordationis Paulo pp. IV. et Paulo pp. V. prædecessoribus Nostris confirmatarum, a qua in omnibus dignitatibus, canonicatibus, beneficiis, cappellaniis, aliisque personatibus choro ejusdem metropolitanæ ecclesiæ addictis natalium splendor, ac nobilitas requiritur, sartam tectam habendam in more positum est, ut, quoties id probari contingat, a capitulo dictæ ecclesiæ commissarius, et minister a secretis sumptibus præsentati mittuntur, quamvis in dissitissimis regionibus, ut nedum de sua, sed etiam de parentum, ac avorum paternorum, et maternorum origine inquirent.

Ratio suadens reformationem constitutionum hac in parte.

§. 3. Quæ quidem methodus licet alias fuerit sumptuosa, in præsentem tamen nimis gravis, ac difficilis videtur, quod fructus dignitatum, canonicatum, beneficiorum, cappellaniarum, ac personatum quorumcumque pro tertia parte decreverunt in alios usus vigore Nostrarum in simili forma Brevis die xiv. mensis martii anni MDCCLXXX. ad preces carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici ex-

peditarum literarum eroganda; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignamur.

§. 4. Nos igitur memorata capitularia statuta, seu constitutiones in ea parte tantum, quæ missionum commissarii, ac ministri a secretis respicit declarare, ac moderari, ipsumque Antonium specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, tibi, tuisque pro tempore existentibus successoribus archiepiscopis Toletanis, ut in posterum de consensu capituli metropolitanæ ecclesiæ inquisitionem in originem præsentatorum, eorumque ascendendum per fides baptismatis, aliosque necessarios, ac opportunos modos faciendam ordinariis, seu eorum vicariis generalibus locorum originis præsentatorum hujusmodi committere libere, ac licite possitis, et valeatis; ita ut probationes sic factæ dictis præsentatis suffragentur, et suffragari debeant in omnibus, et per omnia perinde, ac si probationes hujusmodi a commissario prædicto factæ fuissent, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et impertimur.

Conceditur ut probatio fieri possit per fidem ordinariam.

§. 5. Volumus insuper, ac auctoritate, et tenore prædictis decernimus, ut quoties ab uno ex aggregatis capitulo dictæ ecclesiæ metropolitanæ semel requisitæ probationes, sic, ut præfertur, factæ fuerint, et a dicto capitulo probonibus, et validis admixtæ, et acceptatæ fuerint, eadem probationes ipsi ad alias dignitates, canonicatus, beneficia, ac personatus cujuscumque gradus, et præminentie in eodem capitulo obtinendos suffragentur, et suffragari debeant.

Declaratur probationes semel admixtas, semper valere debere in eodem capitulo.

§. 6. Decernentes has præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere,

Clausula salutares, et irritantes.

ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trartorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, nec non quoad ea, quæ præsentibus sunt contraria dictæ ecclesiæ metropolitanae Toletanæ capitularibus statutis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima decembris millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

DXXII.

Dat. Romæ  
10. Decembris  
1784  
Anno X.

Præscribuntur annuæ taxæ, seu contributiones favore monasterii urbis ordinis Carthusiensis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Memorantur  
providentias  
alias, capite in  
favorem ordi-  
nis Carthusien-  
sis.

§. 1. Nos alias per Nostras in simili forma Brevis die xv. novembris anni MDGCLXXXII. expeditas literas ad reintegrandum monasterium dilectorum filiorum monachorum ordinis Carthusiensis in hac alma urbe Nostra existentium de portione bonorum ad illud spectantium alias vendita ad dissolvendum æs alienum, quo ordo prædictus erga cameram apostolicam tenebatur, aliisque etiam de causis in iisdem literis expressis venerabili fratri Nostro Henrico Benedicto episcopo Tusculano S. R. E. cardinali duci Eboracensi nuntio.

Bull. Rom. Tom. VII.

cupato supradicti ordinis Carthusiensis apud Nos, et Sedem apostolicam protectori commisimus, ut cum consilio prioris generalis ordinis prædicti duos monachos ejusdem ordinis in visitationibus trium monasteriorum Bononiensis scilicet, Ferrariensis, et de Trisulti Verulanæ diocesis deputasset, ut hinc de viribus, et bonis cujusque monasterii constare posset.

§. 2. Cum autem ex actibus ejusdem visitationis colligatur a prædictis tribus monasteriis Bononiensi, Ferrariensi, et de Trisulti absque ullo divini cultus dispendio, aut monachorum detrimento aliquam annuam contributionem ad finem prædictum dicto monasterio in hac alma urbe Nostra existenti persolvi posse; Nos hinc motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, prævia ejusdem visitationis approbatione constituimus, et decernimus, ut dictum monasterium de Trisulti libere, et absque ulla exceptione annuam contributionem de trimestri in trimestrem pro summa in totum scutorum mille, et quingentorum dicto monasterio in alma urbe Nostra existenti persolvat, ac contributio hujusmodi veluti a mense usque januarii currentis anni imposita habeatur.

Ratio, et tenor  
impositionis  
taxæ in scutis  
annis mille  
quingentorum  
ad onus mona-  
sterii Trisulti.

§. 3. Volumus tamen, ac tenore præsentium declaramus, ut contributio hujusmodi, aut in partem, aut in totum cassata censeatur, quoties cætera monasteria Italiæ ordinis prædicti dicto monasterio, aut in ratis portionibus, aut in totum sua debita dissolvissent, eaque propter, ut monasterium urbis accuratam, ac veram notulam suorum creditorum, quæ adversus cætera monasteria habet, exhibere teneatur, mandamus.

Declaratur  
quando con-  
tributio cassa-  
ta censeri de-  
beat.

§. 4. Considerans insuper dictam summam scutorum mille, et quingentorum haud sufficientem esse ad æquandos fructus capitalium, seu honorum, ut præfertur, alienatorum a monasterio urbis, motu, scientia, ac auctoritate prædictis constituimus, ut monasterium Ferrariense quolibet anno pariter de trimestri in trimestrem pro annua summa scutorum tercentorum a transacto mense januarii currentis anni sub iisdem conditionibus, et reservationibus, ac monasterium de Trisulti monasterio urbis annuam contributionem persolvat.

Alia contribu-  
tio scutorum  
tercentorum  
ad onus mona-  
sterii Ferrar-  
iensis.

§. 5. Cum autem ex eadem visitatione constet dictum monasterium Ferrariense ære alieno pro summa scutorum quadrigentorum millium obrui

Consulitur di-  
missioni æris  
alieni, quæ  
gravatur Fer-  
rariense mo-  
nasterium.

ejusque annuos redditus constitui posse in summa scutorum novem millium, et quingentorum septuagintorum septem, exitum vero, exhibitionem nempe familiæ, solutionem fructuum census, expensas pro ædificationum conservatione, ac ipsam prædictam annuam contributionem ad summam scutorum octo millium, et tercentorum quinquagintorum septem. Volumus propterea ut cum annuus redditus superet exitum pro scutis mille, ducentis et viginti annua scuta sexcenta, in dicti æris alieni dissolutionem erogentur, alia vero scuta sexcenta, et viginti a priore dicti monasterii pro tempore existente retineantur, ut hinc casibus fortuitis occurrere possit, ac etiam in honorum ejusdem monasterii mantentionem erogentur.

Alia impositio  
taxæ in scutis  
mille biscentum  
ad onus  
monasterii Bononiensis.

§. 6. Tandem cum monasterium Bononiense non solum ære alieno non obruatur, quin immo aliquam residualem summam habeat, ut ex actibus ejusdem visitationis constat, mandamus ut de omni superextanti summa ad monasterium, aut ad officinam medicamentariam spectante nova investimenta fieri debeant, ac monasterio urbis annuam summam scutorum mille, et ducentorum de trimestri in trimestrem, incipiendo tamen a dicto mense januarii currentis anni persolvat, ita tamen ut nunquam contributio hujusmodi cessare debeat.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Decernentes easdem præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari,

Deputatio executoris apostolici.

§. 8. Ipsique Henrico Benedicto episcopo cardinali moderno, ac pro tempore existenti prædicti ordinis Carthusiensis apud Sedem apostolicam protectori harum serie injungentes, ut easdem præsentibus literas executioni mandari, observari, et custodiri mandet, et faciet; eique propterea omnem necessariam, et opportunam facultatem ad hæc omnia exequenda tribuentes.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec

non dictorum monasteriorum, ac ordinis prædicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus; efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat speculiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima decembris millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

DXXXIII.

Dat. Romæ  
14. decembris  
1784  
anno X.

Confirmantur decreta et rescripta Sæ Sanctitatis, quibus domus Hispelli et Eugubii ad presbyteros sæculares oratorii sancti Philippi Neri spectantes donantur, aliaque disponuntur.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Injuncti Nobis cælitus pastoralis officii sollicitudo Nos admonet, ut ea, quæ ad sacrarum religionum, ac congregationum uberes bonorum operum fructus in Ecclesia Dei proferre sagittentium favorem, et utilitatem ex hujus sanctæ Sedis providentia emanata noscuntur, quo firmiora semper, et illibata persistent apostolici muniminis præsidio roboremus.

Proemium.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Isidorus Leggio procurator generalis presbyterorum sæ-

Expositio præcum ex qua ratio concessionis educitur.

cularium congregationis sanctissimi Redemptoris: quod Nos alias prius per rescriptum die xxv. septembris anni MDCCLXXX., deinceps per literam congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium episcoporum, et regularium negotiis, et consultationibus præpositorum sartum tectum habendas esse, ac omnino custodiendas a clericis congregationis prædictæ regulas, et constitutiones alias a felicis recordationis Benedicto pp. XIV. prædecessore Nostrorum per suas in simili forma Brevis incipientes, *Ad pastoralis dignitatis fastigium* die vicesima quinta februarii anni MDCCLXIX., expeditas literas confirmatas, ita ut omnes ii, qui novum sistema essentialiter diversum a dictis regulis, ac constitutionibus, deferentes institutum professatum susceperunt, a dicto instituto decidisse, ac esse membra ejusdem congregationis, et uti, ac frui omnibus privilegiis, gratiis, et indultis alias ab hac sancta Sede eidem congregationi concessis cessasse censeantur ediximus, et mandavimus; quod insuper, cum tunc observantes instituti prædicti in quatuor dumtaxat domibus Beneventi scilicet, sancti Angeli de Cappolo Beneventanæ diocesis, degli Scifelli, et Frusinonis Verulanæ diocesis commorarentur, subinde ne dum ad Nostrum, et Sedis apostolicæ beneplacitum duas domos cum suis adnexis bonis alteram in loco Hispelli Fulginatensis diocesis per Nostrum rescriptum per organum dictæ congregationis cardinalium die vii decembris anni MDCCLXXXI. emanatum alteram Eugubii per rescripta per organum ejusdem congregationis cardinalium die ix novembris MDCCLXXXI., et xv martii MDCCLXXXII. pariter emanata consistentes, ac alias ad presbyteros sæculares congregationis oratorii sancti Philippi Nerii concessimus quinimmo per rescriptum a venerabili fratre Francisco patriarcha Constantinopolitano in hac alma urbe Nostra vicegerente sub prima die februarii anni MDCCLXXXIII. emanatum eidem congregationi emptionem domus sancti Juliani urbis alias ad fratres beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo spectantis indulsumus, ac per aliud rescriptum per organum toties dictæ congregationis die iv julii MDCCLXXXIII., itidem emanatum superiores generales, seu gubernium generalitium dictarum septem domorum in ditione Nobis, et hujus san-

ctæ Sedi in temporalibus subjecta firmavimus, et constituimus.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, duæ domus Eugubii scilicet, et Hispelli una cum suis adnexis bonis eidem congregationi, ut præfertur, ad Nostrum dumtaxat, et hujus sanctæ Sedis beneplacitum concesserimus. Hinc ipse Isidorus pro religiosa dictæ suæ congregationis, ac clericorum prædictorum tranquillitate, ac ad antevertendam omnem dubietatem, quæ circa omnium rescriptorum hujusmodi validitatem progressu temporis exoriri forsitan posset, quo concessio hujusmodi firmius subsistat, eam perpetuam decernere, ac cætera omnia constituta serventur exactius apostolicæ confirmationis robore communiri, ac domum sancti Juliani de urbe prædictam in caput ejusdem congregationis per Nos declarari plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur ejusdem Isidori votis hac in parte quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere, eumque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, de ejusdem congregationis cardinalium episcoporum, et regularium negotiis, et consultationibus præpositorum consilio, supradictas duas domos Eugubii nimirum, et Hispelli, una cum suis adnexis bonis, juribus, et actionibus, ut præfertur, ad Nostrum, et Sedis apostolicæ beneplacitum alias dumtaxat eidem congregationi traditas auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo concedimus, et donamus, cæteraque omnia dicta rescripta auctoritate, et tenore prædictis confirmamus, et approbamus, atque innovamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjungimus, domumque sancti Juliani de urbe prædictam in caput congregationis hujusmodi constituimus, ac declaramus, salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ congregationis cardinalium.

§. 5. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et in-

Petitio proposita pro confirmatione decretorum editorum favore congregationis

Tenore confirmatorii decreti.

Clausula sublata, et decretum irritans.

tegros effectus sortiri, et obtinere, ac eidem congregationi in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
traciorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, ac aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quarta decembris millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

DXXIV.

Dat. Romæ  
14. decembris  
1784.  
anno X.

Indultum, ut in novendiali præcedenti festum sanctissimæ Trinitatis, et singulis primis dominicis cujusque mensis, missam sanctissimæ Trinitatis cum Gloria et Credo celebrari facere possint confratres confraternitatis sanctissimæ Trinitatis in parochiali sanctæ Mariæ ad Nives civitatis Hispalensis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii officiales, et confratres confraternitatis sub titulo redemptionis captivorum ss. Trinitatis in ecclesia parochiali sanctæ Mariæ ad Nives civitatis Hispalensis canonice, ut asseritur, erectæ, quod cum ipsi quotannis festum sanctissimæ Trinitatis cum præcedenti novendiali celebrare soleant, cupiunt propterea ad devotionis, et cultus augmentum, ut tam in omnibus diebus novendialis hujusmodi, quam in singulis primis dominicis cujuslibet mensis missam ejusdem sanctissimæ Trinitatis cum Gloria, et Credo celebrari facere possint: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignoaremur.

Expositio præ-  
cum porrecta-  
rum a confrat-  
ribus sub ti-  
tulo ss. Trinita-  
tis redemptionis  
captivorum.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, attenta relatione dilecti filii magistri Julii Mariæ de Somalia congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris Ritibus præpositorum secretarii: modernis, et pro tempore existentibus officialibus, et confratribus confraternitatis prædictæ, ut in posterum ipsi tam in omnibus diebus dicti novendialis præcedentibus festum sanctissimæ Trinitatis, quam in singulis primis dominicis cujuslibet mensis, exceptis tamen dominicis primæ, et secundæ classis, missam ejusdem san-

Tenor concessio-  
nis.

ctissimæ Trinitatis cum Gloria, et Credo in prædicta ecclesia celebrari facere libere, ac licite possint, et valeant; licentiam auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et impertimur.

Clausula sub-  
lata, et decre-  
tum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictæque confraternitati, ejusque pro tempore confratribus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque confraternitatis, et ecclesie etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quarta decembris millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

DXXV.

Dat. Romæ  
17. decembris  
1784  
anno X.

Unio conventus canonicorum sæcularium congregationis s. Joannis evangelistæ alteri conventui ejusdem congregationis de Xabregas nuncupato civitatis Lisbonensis, nec non unio parochialis ecclesie jam dirutæ eidem conventui cum facultate rectori pro tempore dicti conventus nominandi ad curam animarum unitæ parocicæ.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Apostolici muneris Nobis divinitus commissi ratio postulat, ut totis viribus, omnique alacritate a religiosis hominibus, qui contemptis illecebris sæculi Deo proprius servire susceperunt, ea omnia remove studeamus, quæ regularis disciplinæ observantia præpedire quodammodo possunt, quæ sarta tectaque custodita sæcularibus lucrum, secus petra sit scandali; id autem libentius, quoties sublimiorum principum pietas apostolicam Nostram implorat auctoritatem.

Præmium.

§. 2. Expositum siquidem pro parte carissimæ in Christo filie Nostræ Mariæ Francisæ Portugalliæ, et Algarbiorum reginæ fidelissimæ Nobis nuper fuit, quod inter cæteras ecclesias conventus ac domus civitatis Lisbonensis ob satis memorandum terræmotum anni 1775. aut partim, aut in totum subversas, ac flammis consumptas, conventus quoque sancti Eloy canonicorum sæcularium congregationis sancti Joannis evangelistæ commune passus est infortunium, ac penitus vastatus, et in cineres concisus fuit, ita ut, tum ob deperditos redditus, tum ob æs alienum in grandi summa contractum, et nunc in summa triginta sex millium scutorum circiter monetæ Romanæ residuum reædificari haud potuit, et canonici alias inibi commorantes ad hæc usque tempora sine quasi regulari disciplina, sine adimplemento onerum, quibus gravabantur, sub tentoriis vivunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quoties conventus sancti Eloy hujusmodi alteri conventui sancti Joannis evangelistæ de Xabregas, qui est caput ejusdem congregationis, apud regium palatium, et intra limites parocicæ sancti Bartholomæi civitatis Lisbonensis ex eadem causa in totum diruto, existenti, cum omnibus omni-

Regina fidelissima, ut nullis obventis propter terræmotum occurreret conventuum unionem imploravit.

no suis bonis, redditibus, oneribus, juribus, et actionibus uniretur, et incorporaretur, nedum onerum dictus conventus sancti Eloy complemento consultum esset, verum etiam regularis disciplina in conventu de Xabregas melius, ac sanctius custodiretur. Nobis propterea memorata Maria Francisca regina fidelissima humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Pontifex annuit juxta præsent.

§. 3. Nos igitur ejusdem Mariæ Franciscae piis votis, quantum cum Domino possumus, annuere, ac supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, dictum conventum sancti Eloy congregationis canonicorum sæcularium sancti Joannis evangelistæ civitatis Lisbonensis, una cum suis bonis, proventibus, redditibus, ac missarum, anniversariorum, suffragiorum, cappellanjarum, aliorumque oneribus, eleemosynis, ære alieno, creditis, juribus, et actionibus ad illum quomodolibet spectantibus, et pertinentibus alteri conventui sancti Joannis evangelistæ de Xabregas ejusdem congregationis auctoritate apostolica tenore præsentium unimus, applicamus, et incorporamus, ac respective unita, incorporata, et applicata perpetuo esse, et fore statuimus, et decernimus.

Unit etiam ecclesiam parochialem s. Bartholomæi pariter a terræmotu vastatam.

§. 4. Insuper cum prædicta parochialis ecclesia sancti Bartholomæi, quæ ut asseritur, est de jure patronatus dicti conventus de Xabregas, jam ob terræmotum anni 1755. prorsus diruta sit, et ad curam animarum curandam ab eo usque tempore suus parochus, seu vicarius curatus ecclesiæ sancti Joannis evangelistæ dicti conventus de Xabregas utatur, ut aliquod stabile, ac perpetuum remedium huic incommodo adhibeatur dictam parochialem ecclesiam sancti Bartholomæi, ac omnia sua jura parochialitatis, aliaque adnexa, et connexa dicto conventui, et ecclesiæ de Xabregas auctoritate, et tenore prædictis perpetuo pariter adnectimus, prout perpetuo adnexa esse, et fore mandamus; ac modernum, et actualem rectorem dicti conventus de Xabregas, nedum sepulchra ad tumulanda parochianorum cadavera in aliquo loco claustris, ac cubiculum pro confratribus sanctissimi Sacramenti assignare, sed etiam cætera omnia commoda ad dictam parochiam necessaria, et requisita præbere teneri volumus, et jubemus.

Canonice tribuit jus nomi-

§. 5. Quoniam porro, ut præmissum est, jus nominationis, seu præ-

sentationis vicarii curati dictæ ecclesiæ sancti Bartholomæi ad rectorem pro tempore existentem conventus de Xabregas, quoties officium hujusmodi vacare contingat, spectare dignoscitur, Nos in eandem congregationem specialem gratiam conferre volentes, eidem rectori pro tempore existenti, ut dum per cessum, vel decessum moderni, et pro tempore existentis vicarii curati dictæ ecclesiæ, officium hujusmodi vacaverit, aut perpetuis futuris temporibus erit vacaturum, alterum ex canonicis sæcularibus congregationis prædictæ in sacra theologia magistrum quolibet triennio amovibilem ex more ejusdem congregationis in omnibus domibus, aut conventibus, in quibus canonici ecclesiis parochialibus inserviunt posito, sine tamen ulla quoad parochiæ, et vicarii curati hujusmodi ordinariam jurisdictionem, et subjectionem patriarchæ Lisbonensis mutatione, aut discrimine, suorumque jurium præjudicio nominare, et præsentare libere, ac licite possit, et valeat auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

§. 6. Et cum, sicut accepimus, jampridem in eadem ecclesia sancti Bartholomæi, ut præfertur, prorsus diruta, et vastata tria beneficia simplicia erecta sint, cum onere beneficiatis hujusmodi retinendi in dicta parochiali ecclesia tres presbyteros sæculares æconomos nuncupatos a rectore pro tempore existente conventus de Xabregas nominandos, et præsentandos, ut inibi divinum officium psallant, et aliqua anniversaria adimpleant, et hæc munera nunc vacant, hinc ad divini cultus augmentum, ac ad animarum Christianorum intra limites dictæ parochiæ existentium salutem eidem rectori conventus prædicti tres canonicos sæculares suæ congregationis, ac in conventu de Xabregas degentes in æconomos hujusmodi, qui cum vota dumtaxat simplicia in dicta congregatione, ut asseritur, emittant absque apostolica dispensatione ad obtinendas curas animarum capaces sint, præter dictorum onerum tribus canonicis hujusmodi injunctorum adimplementum parcho etiam, seu vicario curato, prævia illorum approbatione, ab ordinario obtinenda adjuvare teneantur, ita ut omnia et singula jura, emolumenta, et salaria, et alia quæcumque, quæ alias presbyteri sæculares in æconomos, ut præfertur deputati tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodo-

nandi vicarium curatum.

Beneficia erecta in ecclesia s. Bartholomæi transfertur in aliam ecclesiam conventus de Xabregas pro substitutione presbyterorum curæ animarum proponendorum.

libet a beneficiatis, seu dictorum beneficiorum possessoribus exigebant, pari modo, et absque ulla differentia tres canonici hujusmodi erigere, et levare libere, ac licite possint, ac valeant, nominandi, et presentandi plenam, et amplam facultatem auctoritate, et tenore predictis tribuimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritum.

§. 4. Decernentes has presentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri; et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in premissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quorumcumque testatorum testamentis, codicillis, et dispositionibus, ac conventus, et parœciæ predictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima septima decembris millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, pontificatus Nostri anno decimo.

DXXVI.

Reformantur nonnullæ constitutiones congregationis Lusitanæ monachorum excalceatorum sancti Pauli primi Eremitæ.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Nuper pro parte dilecti filii moderni præpositi generalis monachorum excalceatorum ordinis sancti pauli primi Eremitæ congregationis Lusitanæ Nobis expositum fuit, quod post adprobatas constitutiones ejusdem congregationis pro ejus domibus fundatis, vel fundandis in patriarchatu Lisbonensi per apostolicas Nostras in simili forma Brevis die xvi novembris anni MDCCLXXXI. expeditas literas, quarum initium est = Ex injuncto Nobis = non modo Nos vigore aliarum similium Nostrarum in pari forma Brevis die xx augusti anni MDCCLXXXII. expeditarum literarum incipientes = Laudabili Romanorum pontificum = vota emitenda per congregatos, solemniter auctoritate apostolica declaravimus, sed insuper ipsam congregationem in verum ordinem regularem mendicantem cum privilegiis, omnibus, et exemptionibus aliorum ordinum mendicantium, eadem auctoritate ereximus, extendimusque ad totum dominium Lusitanum sub eisdem constitutionibus, prout in aliis Nostris literis in pari forma Brevis die iii februarii anni mox elapsi MDCCLXXXIV. , quæ incipiunt = Ex debito pastoralis officii = expeditis, quarum tenorem præsensibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur.

Expositio precum.

§. 2. Subinde vero ex eo quod dictæ constitutiones, quæ pro solis domibus patriarchatus Lisbonensis prædicti dispositæ, et digestæ fuerant, ut præfertur, ad alias etiam domos extra patriarchatum hujusmodi, et in toto dominio Lusitano erectas, vel erigendas porrigi, seu extendi debebant, et in eis reperiebantur nonnulla, quæ aliis domibus extra dictum patriarchatum convenire non poterant, illas propterea duximus emendare, et corrigere, quo et hisce domibus convenirent; datoque venerabili fratri moderno, et pro tempore existenti patriarchæ Lisbonensis, titulo, et nomine visitoris apostolici congregationis hujusmodi ad eos so-

Ratio Concussionis.

Dat. Romæ  
7. februarii  
1784  
anno X.



lummodo fines, et effectus, de quibus in sæpeditis constitutionibus disponitur; superiorem generalem cum nomine præpositi, qui dictos congregatos ex proprio corpore eligendum, qui totius congregationis curam gereret, eique provideret, auctoritate prædicta constituimus, prout in aliis Nostris literis similibus, incipientes = Exponi Nobis = die xvi martii ultimo dicti anni expeditis, quarum etiam tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Postulatur, quod iura competentia patriarchæ Lisbonense super congregationis gubernio concedantur præposito generali ejusdem congregationis.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ad hujusmodi congregationis gubernium in statu ordinis regularis solide firmandum, atque ad occurrendum obstaculis, quæ ob fundationes novarum domorum hujusmodi in aliis diocesisibus ex parte respectivorum ordinariorum oriri possent, summo opere conducere, si sublato visitatoris apostolici titulo, nomine, et officio, et præfertur, dictus modernus, et pro tempore existens patriarcha Lisbonensis in protectorem prædictæ congregationis, per Nos deputaretur, et facultates omnes circa regimen, et gubernium ejusdem congregationis dicto patriarchæ per constitutiones prædictas specialiter tribuæ corrigenterentur, ac præposito generali congregationis hujusmodi applicarentur, qui ejus gubernium, et regimen ad instar aliorum ordinum regularium haberet, et exerceret, ejusque auctoritas post canonicam, et legitimam suam electionem, nulla expectata hujusmodi electionis confirmatione, acquisita, et attributa, imo confirmata censeretur eo ipso quod legitime facta sit: ac præterea, si in formula professionis promissio obedientiæ dicto patriarchæ deleteretur, servatis ceteroquin in reliquis omnibus, quæ in ultimo dictis Nostris literis disposuimus; Nobis propterea dictus præpositus generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Deputatio patriarchæ Lisbonensis in protectorem ordinis, et ampliatio facultatum præpositi generalis.

§. 4. Nos igitur qui nihil optamus impensius, quam ut regulares ordines in pacis amœnitate Altissimo sua præstent obsequia, quique ea omnia, quæ eorum felici, prosperoque gubernio obesse quoquomodo possunt, corrigere, non modo, verum et amovere summo opere cupimus, dictum modernum præpositum generalem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspen-

sionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, attenta relatione dilecti etiam filii Philippi advocati Zuccari congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum subsecretarii, prædictum visitatoris apostolici titulum, nomen, et officium, auctoritate apostolica prædicta, tenore præsentium supprimimus, et extinguimus; dictamque modernum, et pro tempore existentem patriarcham Lisbonensem in protectorem prædicti ordinis monachorum excalceatorum sancti Pauli primi Eremitæ congregationis Lusitanæ, servata tamen in omnibus constitutione sã. me. Innocentii XII. quoad protectores ordinum regularium, auctoritate, et tenore prædictis constituimus, et deputamus, atque uti talem impostum esse, et appellari debere volumus, atque decernimus; omnesque, et singulas facultates eidem patriarchæ specialiter in prædictis constitutionibus circa ejusdem congregationis regimen, et gubernium tribuæ corrigimus, et in præpositum generalem hujusmodi, qui gubernium, et regimen dictæ congregationis habeat, et exercent, prout alii superiores generales ordinum regularium, pari auctoritate, et tenore transferimus, eidemque applicamus, utque ejusdem præpositi generalis auctoritas acquisita, et attributa esse censeatur post canonicam, et legitimam ejus electionem, nulla expectata ejusdem electionis confirmatione, quin imo confirmata censeatur eo ipso, quod legitime facta sit, auctoritate, et tenore similibus, decernimus, et declaramus; denique, quod ea promissio obedientiæ patriarchæ prædicto, quæ in formula professionis existit, deleatur; servatis tamen in reliquis omnibus, quæ in nuperis Nostris literis prædictis disposita, et statuta sunt, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

§. 5. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabi-

Clausula sublata, et decretum irritans.

liter observari; sicque in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariarum.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictorumque ordinis, et congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima Januarii millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno decimo.



DXXVII.

Dat. Romæ  
14 Januarii  
1785.  
Anna X.

Declaratio circa professionem a nonnullis monachis ordinis sancti Hieronymi emissam.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **P**ervenit ad Nos non sine gravi animi Nostri sensu, quod aliqui monachi ordinis sancti Hieronymi monasterii sancti Laurentii el Real nuncupati extra muros oppidi Escurial existentis Toletanæ diocesis ab antiquo generis humani hoste, qui omnibus modis instat quemadmodum deliciat, decepti abduci se sinunt ad prava, ac sæcularia desideria, omniaque movent, ut ex emendicatis etiam causis professionem regularem, quam in hoc ordine, ac monasterio alias expresse emisserunt, infringere, ac iterum ad sæculum, quod alias fortiter abnegarunt, reverti eis fas sit.

Miratur pontifex aliquos monachos post emissam professionem illam infringere non dubitavisse.

§. 2. Siquidem cum Nos alias per Nostras in simili forma Brevis die vii Junii anni 1780 expeditas literas carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici precibus annuentes, ac prædecessorum Nostrorum vestigiis inhærentes, nedum monachum in priorem istius monasterii el Real eligendum capitulo, et definitivis generalibus, prout reges catholici pro tempore existentes ex speciali indulto, ac dispensatione apostolica consueverunt, nominandi, ac præsentandi jus concesserimus, sed etiam omnes omnino a regno bonæ memoriæ Ferdinandi VI., dum vixit regis catholici ad annum usque MDCCLXXX. retrofactas electiones, quod illæ factæ fuerunt ad nominationem, et præsentationem regum catholicorum omni indulto apostolico ad id requisito deficiente, cæteraque omnia inde secuta auctoritate prædicta sanaverimus; hinc effectum, ut dicti monachi ex nullitatibus, quæ fors in dictis priorum electionibus intervenerunt, suam desumentes actionem nullitatem suarum professionum, quantum maxime urgere susceperunt.

Declarat insum coesiliura fundatum forsan fuisse in nonnullis nullitatibus irreptis in nominatione superiorum monasterii.

§. 3. Dum primum hæc accepimus, per venerabilem fratrem Nicolaum archiepiscopum Sabastensem Nostrum, et hujus sanctæ Sedis apud eundem Karolum Hispaniarum regem catholicum nuncium eos suum officium commouimus; ac ut susceptam actionem re-

Refractoriorum monachorum agendi ratio damnatur.

linquerent, suadere curavimus; verum Nostra studia, Nostrique conatus nihil apud eos profecerunt, nisi ut ex inde impensius suam insisterent causam; ne autem ex paucorum pervicacia tota corrupta regularis disciplina, ac observantia istius monasterii, neve horum exemplum alios alliciat ad similes persequendas quærelas accurate examinavimus, ac matura consideratione perpendimus rationum momenta, quibus suffulti hi monachi refractarii suam regularem professionem impugnare contendunt. Ex sedulo itaque hujusmodi examine plene Nobis constitit, professiones prædictas nullo intrinseco vitio, aut defectu laborare, quippe quia præsentationes, seu nominationes a dictis Ferdinando, et Karolo regibus catholicis usque ad dictum annum MDCCLXXX. factæ a capitulo, et definitoribus generalibus, quibus jus electionis priorum hujus monasterii ex lege foundationis spectat, fuerunt semper confirmatæ, ac subinde etiam priores hujusmodi sic electi in possessionem sui officii fuerunt immisi, unde etiam nominationes, seu præsentationes prædictæ ex aliquo defectu fuissent nullæ cum tamen ab iis, ad quos tunc jus electionis erat devolutum, fuerint confirmatæ, confirmationes hujusmodi in legitimas, ac canonicas electiones erunt resolutæ, et quemadmodum monachi prædicti a quavis reclamazione de, ac super nullitate professionis certo certius essent repellendi, licet capitulum, et definitores generales eos in priores designassent, quos eis reges catholici commendassent, sic audiendi non erunt, postquam nominationes, et præsentationes hujusmodi, quamvis nullæ, a legitimis electoribus fuerunt confirmatæ; ac quævis exceptio, quæ ex falsa credulitate, qua ducti definitores generales, et capitulum præsentationes, et nominationes confirmarunt, desumi forsitan posset, cum esset exceptio de jure tertii nunc impugnantibus suam professionem in æternum prodesse non posset; quæ magis magisque urgere compertum est ex animadversione, priores pro tempore existentes hujusmodi monasterii omnem suam auctoritatem, et jurisdictionem non legitimis etiam nominationibus, aut præsentationibus de illorum persona a regibus catholicis factis, sed capitulo, et definitorum generalium confirmationi acceptam referre, proindeque nullitas etiam præsentationum, seu nominationum impedire nequit, quominus ipsi sufficientem ha-

berent titulum ad suam exercendam auctoritatem, et jurisdictionem. Recognovimus itidem, quod quidem maxime retinendum est, hosce monachos suas impugnare regulares professiones suscepisse postquam quinqueannium, et ultra excesserat a die, quo illas emisserunt. Cum autem sacrum Tridentinum concilium in sess. XXV. de reg. cap. XIX. ab hujusmodi quærelis proponendis eos omnes regulares reiciat, qui per integrum quinquennium nullitatem suarum professionum ex quavis causa proponere neglexerunt, hinc manifeste consequitur, hos refractarios monachos in quavis hypothese ab omni intenta reclamazione, de, ac super nullitate professionis esse repellendos, nullumque præsidium, aut in nullitate præsentationum, et nominationum, aut in exaggerata defectu jurisdictionis in prioribus, qui illas admiserunt, inveniri posse; compertumque tandem est, sanationem in dictis Nostris literis anno MDCCLXXX. expeditis concessam, quid sit, num illa ad validandas retroactas electiones esset requisita, nec ne, nullimode tamen fuisse necessariam ad validandas jam emissas professiones, cum priores legitime confirmati, ac ab universo ordine uti tales admissi, et acceptati, sufficientem haberent titulum ad omnem suam exercendam auctoritatem, et jurisdictionem, ideoque etiam ad acceptandas professiones in eorum manibus expresse emissas; durum quippe nimis esset, ut quoties de emittenda professione ageretur, necessarium foret diligenter inquirere de, ac super legitima electione superiorum, qui cæteroque, ut legitime, ac canonice electi communiter ab omnibus sunt habiti.

§. 4. His itaque omnibus, ac plerisque aliis probe consideratis, aliisque justis de causis Nobis notis, animumque Nostrum etiam independentem a præmissis, rationabiliter moventibus motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine harum serie decernimus, et declaramus, dictis monachis neque competere, neque ullam competiisse actionem ad infrigendam suam regularem professionem, ideoque eis perpetuum desuper silentium imponimus, atque os ocludimus; eisdemque monachis nullatenus licere, aut licuisse statuimus sub quovis obtentu, eandem professionem veluti nullam redarguere, aut impugnare.

Excluditur omne jus monachorum petendi revocationem emissæ professionis, et eis perpetuum silentium imponitur.

Pars contra  
refractorios  
pertinens.

§. 5. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, et singulis monachis refractoriis hujusmodi, ac sub excommunicationis latæ sententiæ Nobis, et Romanis pontificibus successoribus Nostris reservatæ, præterquam in mortis articulo, ac suspensionis a divinis, et privationis suorum officiorum, si aliquibus fungantur, aliisque arbitrio Nostro infligendis pœnis ipso facto incurrendis, ut hisce Nostris literis prompte pareant, et obediant, illasque etiam ex eo, quod prædictæ partes, et alii quicumque in præmissis quomodolibet interesse habentes, vel habere prætendentes, illis non consenserint, vel etiam quantum forsitan optassent auditi non fuerint, aliæque quavis de causa quantumvis juridica, et legitima, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut ex quocumque capite a jure, vel facto, aut statuto, seu consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, aut quocumque alio colore etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut alio quocumque defectu notari, impugnari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aliudve facti, gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concessio, et impetrato, quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse, sed easdem præsentibus, omniaque, et singula in eis constituta, decreta, et definita, semper, et perpetuo valida, firma, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia inviolabiliter observari, cisque omnino acquiesci.

Clausula salu-  
tates, et irri-  
tantes.

§. 6. Sicque, et non aliter per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardiales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios, atque alios quavis auctoritate, et potestate fuagentes, ac dignitate, et honore fulgentes, in quavis causa, et instantia, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definituri debere, ac irritum, et inane, si

secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Quocirca memorato Nicolao archiepiscopo Sebastensi nuncio per præsentibus expresse committimus, ac mandamus, ut visis præsentibus omni studio, ac sollicitudine illas plenissime exequi curet, ac ut per ipsas præsentibus definita, et constituta expeditum, et plenarium suum, et effectum omnino sortiantur, et obtineant, quocumque recursu, appellatione, seu inhibitione cujusvis judicis, et tribunalis omnino posthabitis, et non attentis, præterquam commissione Nostra dumtaxat, aut successorum Nostrorum manu signata studeat, ipsique propterea omnem, et quamcumque faciendi, gerendi, et exequendi, ac exequi mandandi, quæ circa præmissa facere, gerere, et exequi in Domino arbitraverit, plenam, et amplam facultatem motu, scientia, auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Deputatio exe-  
cutoris aposto-  
lici.

§. 8. Non obstantibus, quatenus opus sit de non tollendo jure quæsito, aliisque Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis, aliisque apostolicis etiam in universalibus, provincialibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non monasterii, atque ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hæc vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quarta januarii MDCCLXXXV. pontificatus Nostrum anno decimo.

Derogatio con-  
trarium.

DXXVIII.

Dat. Romæ  
20 januarii  
1785.  
anno X.

Conceditur duci Mediolanensi jus nominandi ad beneficia ecclesiastica etiam majora in singulis ecclesiis ducatus Mediolani, et Mantuæ.

In Christi nomine. Amen

Memoratur am-  
icibilis con-  
ventio inita in-  
ter s. Sedem,  
et Romanorum  
imperatorem.

§. 1. Quum sanctissimus in Christo pater dominus Pius pp. VI. pro pastoralis officio Sanctitati Sux iniancto animarum saluti, populorumque felicitati consulere plurimum intendat, diversis prius habitis cum S. C. R. A. majestate Josephi Secundi Romanorum imperatoris colloquiis, mutuis hinc inde consensibus, ad infrascriptam amicabilem conventionem, in veræ, firmæque amicitie, et conjunctionis testimonium devotum fuit.

Declaratur in  
quibus benefi-  
cis jus nomi-  
nandi impera-  
tori fuerit con-  
cessum.

§. 2. Quod idem Pius de apostolica potestatis plenitudine, et nomine sanctæ Sedis laudato Josepho, uti duci Mediolani, et Mantuæ, ejusque in ejusmodi ducatus successoribus, cedit nominationem semper, et quandocumque ad præsens usque tempus ab illo exercitam ad ecclesias cathedrales, etiam metropolitanas, abbatias, seu monasteria; prioratus, præposituras, aliasque dignitates conventuales, et præceptorias generales quorumcumque ordinum, nec non ad dignitates post pontificalem majores, in eisdem cathedralibus, etiam metropolitanis, et principales in collegiatis civitatum, et locorum in ducatus Mediolanensi, et Mantuano sub majestatis suæ, uti ducis prædicti temporali dominio ad præsens vere, et realiter consistentium: ad reliquas vero dignitates inferiores, canonicatus, parochiales ecclesias (illis dumtaxat juris-patronatus laicalis, et mixti exceptis) in mensibus Sedi apostolicæ hactenus servatis (salvis quoad reliquos menses ordinariorum juribus) vacatura nominationem eandem perpetuo cedit.

Opera perso-  
narum nomina-  
tarum.

§. 3. Personæ nominatæ ad ecclesias cathedrales metropolitanas inter digniores nominabuntur, et sese examini in urbe juxta solitam consuetudinem subiicient.

De eligendis ad  
beneficia cu-  
rata, et præ-  
bendas theolo-  
gales, et pœ-  
nitentiarum.

§. 4. Ad beneficia curata, præbendas theologales, et pœnitentiarum habito super his de more concursu juxta formam a s. concilio Tridentino præscriptam ex personæ nominentur, quæ habitæ fuerint digniores.

De literis apo-  
stolicis a no-

§. 5. Personæ nominatæ ad ecclesias cathedrales etiam metropolitanas,

aliaque beneficia non curata, sub plumbo de more, intra solitum terminum a die secutæ nominationis computandum, expedient, ac taxas, et jura consuetata persolvent, exceptis tamen omnibus conferendis per concursum, in quibus Sanctitas Sua episcopis jus instituendi ab illo hactenus habitum concedit.

minatis expe-  
diendis.

§. 6. Sanctitati Sux dubitari non licet quod S. C. R. M. sua, ejusque successores in nominationibus prædictis, et in distributionibus pensionum, etiam impositarum, et non assignatarum acceptiores semper habeat personas ex dictis ducatus Mediolanensi, et Mantuano sibi subditas, et nunc s. Sedi inservientes.

De probatione  
concedenda  
personis ortum  
habentibus in  
dictis ducatus  
Mediolanensi,  
et Mantuano.

§. 7. Quæ omnia in hoc concordatu amicabili contenta, tam Sanctitas Sua pro se, et pro Romanis pontificibus suis successoribus, quam S. C. R. majestas uti dux prædictus pro se, suisque in dictis ducatus successoribus in omnibus et per omnia perpetuo, amicabiliterque observare, et observari facere se obligant.

Confirmatio  
concordiæ.

Datum Romæ die vicesima januarii  
anno Domini MDCCLXXXV.

DXXIX.

Dat. Romæ  
21. januarii  
1785.  
anno X.

Translatio confraternitatis tertii ordinis sancti Francisci loci de Tilheiras Lisbonensis diocesis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii officiales, et confratres confraternitatis vicorum tantum sub titulo tertii ordinis sancti Francisci de Pœnitentia nuncupatorum in conventu nostræ Dominæ das Portas do Ceo fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia etiam nuncupatorum loci de Tilheiras Lisbonensis diocesis, canonice, ut asseritur, existentis quod ipsis alias per publicum instrumentum a dilecto filio Antonio Feliciano d' Andrade dictæ Lisbonensis, seu alterius civitatis, vel diocesis, ejusdemque tertii ordinis apprimè devoto ecclesia, seu publica cappella sub titulo sacri cordis B. M. V. sita in campo Grande nuncupato ejusdem diocesis, ab ipso Antonio Feli-

Expositio præ-  
cum et ratio  
concessionis.

ciano pro sua in eandem B. M. V. pietate, et religionis zelo proprio ære extracta; dono data fuit cum conditione tamen, ut præviis opportunis licentiis ad hujusmodi ecclesiam dictus tertius ordo se transferret, ibique pia sui instituti opera, prout ad præsens exercere pergeret, ac alias, prout in instrumento hujusmodi, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter espresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur. Hinc factum est, quod iidem exponentes habitu recursu ad tunc existentem ministrum provinciam fratrum prædicti ordinis Minorum sancti Francisci de observantia provincie Portugallie pro sui translatione hujusmodi favorabilem obtinuerunt assensum, prout ex ejus patentibus literis tenoris sequentis videlicet.

Tenor consensus præstiti a ministro generali ordinis.

§. 2. Fra Emanuele di s. Carlo predicatore generale ex definitore commissario generale della Terra Santa in questi regni e domini di sua maestà fedelissima ministro provinciale dei Minori Osservanti di s. Francesco della provincia di Portogallo. Al nostro carissimo fratello ministro, ed altri fratelli del nostro venerabile ordine della Penitenza esistente nel nostro convento di nostra Signora das Portas do Ceo di Tilheiras, salute, e pace in Gesù Cristo. Avendoci voi rappresentato, che Antonio Feliciano d' Andrade ha contratto con essa venerabile confraternita di essere la medesima trasferita da cotesto convento alla cappella del santissimo Cuore di nostra Signora sita nel campo Grande del riferito Antonio Feliciano d' Andrade già edificata, per aver ivi la sua perpetua residenza a norma del contratto, e condizioni risultanti dalla donazione dal medesimo fatta a favore di essa venerabile confraternita, avendo precedentemente a tal' effetto ottenuto il beneplacito di sua maestà fedelissima e tutt' altro concernente a detta traslazione; supplicandoci del nostro consenso, e rispettive licenze in quello possa a noi appartenere, che in diritto a tal fine richiedonsi: desiderando noi condescendere ad una sì giusta preghiera, e concorrere per quanto è piacevole a Dio, e di lode infinita della santissima Vergine, al di cui purissimo cuore è dedicata la riferita cappella; come ancora è di utilità alla suddetta venerabile confraternita. In vigore della presente diamo il nostro consenso per quanto ci appartiene, e concediamo tutte quelle licenze in dritto necessarie, affinché

detta venerabile confraternita della Penitenza, la quale fino al presente ebbe la sua esistenza in cotesto nostro convento di nostra Signora das Portas do Ceo del luogo di Tilheiras possa trasferirsi; insieme col rispettivo padre commissario, nella detta cappella del Cuore di nostra Signora costruita, e donata dal ridetto Antonio Feliciano d' Andrade a favore di essa venerabile confraternita, esistente nel campo Grande per avere ivi la perpetua sua permanenza. Ed affinché un tal contratto con tutte le clause, e condizioni, ed obblighi risultanti dall' istromento di donazione, quali vogliamo si abbiano qui per espresse, come se de verbo ad verbum fossero scritte, e dichiarate, e la medesima traslazione possa avere il suo plenario effetto, ed esecuzione in ogni suo futuro tempo; col tenore di queste nostre lettere patenti le approviamo senza veruna restrizione, volendo che abbiano tutto il vigore, e fermezza irrevocabile in perpetuum. Data in quest' ospizio del nostro monastero di santa Chiara della città di Porto, munita della nostra sottoscrizione, e sigillo maggiore questo dì 30. di dicembre 1780.

§. 3. Et subinde simili venia a venerabili fratre patriarcha Lisbonensi petita, idem patriarcha parem assensum eis præbuit, prout ex similibus patentibus literis, quarum tenor est qui sequitur videlicet.

Assensus patriarchæ Lisbonensis pro eadem translatione.

Ferdinandus primus cardinalis patriarcha Lisbonensis.

A quanti vedranno il presente, salute, e benedizione. Facciamo sapere come il ministro, e fratelli della confraternita di s. Francesco del luogo di Tilheiras parochia do Lumiar ci hanno rappresentato voler stabilire la detta confraternita nella cappella del Cuore di nostra Signora esistente nel campo Grande in conformità del contratto di donazione fattagli da Antonio Feliciano d' Andrade, e ciò ad effetto, che detta confraternita dopo il suo stabilimento, unitamente al rispettivo padre commissario, potesse far celebrare in detta cappella, da' religiosi di s. Francesco, l' occorrenti solennità del divin culto, secondo il costume di simili confraternite, come a loro parerà necessario, ed opportuno; per il qual fine impioravano da noi la necessaria licenza. Ed essendo da noi considerata la loro supplica abbiamo ordinato gli si passasse

il presente, in vigore del quale ci siamo compiaciuti, che gli oratori possano in detta cappella insieme col rispettivo loro commissario far celebrare le solennità del culto divino per mezzo de' religiosi di s. Francesco secondo il costume di simili confraternite quando così gli parerà necessario, ovvero conveniente. Dato in Lisbona sotto la nostra sottoscrizione, e sigillo questo dì 27. agosto 1781.

Tenor concessionis apostolicæ qua confirmatur licentia concessa ab ministro generali ordinis, et patriarcha Lisbonensi.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, exponentes prædicti, quo donatio prædicta, et suæ confraternitatis translatio, cum fuerit sequuta, firmiter subsistat, præinsertas patentes literas apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertas patentes literas, omniaque, et singula in eis contenta et expressa, auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabiliter apostolicæ firmitatis robor adiicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, et sanamus.

Clausula annullata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes easdem præsentis literas semper, et perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, eisdemque confraternitati, et confratribus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et defini debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictorumque ordinis, et confraternitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia ro-

boratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima prima januarii millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostrî anno decimo.

DXXX.

Dat. Romæ  
28. januarii  
1785  
anno X.

Facultas clero sæculari civitatis, et diocesis de Quito in Indiis celebrandi officium, et missam B. M. V. de Bethlehem.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Cum sicut venerabilis frater modernus episcopus de Quito in Indiis Nobis nuper exponi fecit, ipse ad devotionem erga beatam Mariam Virginem de Bethlehem in dicta civitate, et diocesi, ubi (et asseritur) summopere viget, magis excitandam, officium proprium, et missam ejusdem beatæ Mariæ Virginis de Bethlehem alias a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum sub die xxiii. maii anni MDCCCLXXVIII. pro ordine fratrum Bethlehemitarum adprobata ad clerum sæcularem suæ civitatis, et diocesis prædictæ per Nos extendi summopere cupiat.

Expositio præcumb.

§. 2. Nos dictum exponentem specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis

Tenor concessionis.

censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati; attenta relatione dilecti filii magistri Julii Mariæ de Somalia ejusdem congregationis secretarii: officium proprium, et missam beatæ Mariæ Virginis de Bethlehem alias a dicta cardinalium congregatione pro ordine fratrum Bethlehemitarum, ut præfertur, approbat. ad clerum sæcularem prædictarum civitatis, et diœcesis de Quito, ita ut in posterum idem clerus sæcularis officium hujusmodi cum missa sub ritu duplicis majoris, dominica tertia post Epiphaniam recitare, et respective celebrare libere; et licite possit, et valeat, auctoritate apostolica, tenore præsentium extendimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sorti, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quoadcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scieater, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque ecclesie de Quito, ejusque cleri sæcularis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrariam quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii

publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima octava januarii, millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno decimo.

DXXXI.

B. M. V. officium alias pro ordine Bethlehemitarum approbatum extenditur ad clerum sæcularem civitatis, et diœcesis de Cuzco.

Dat. Romæ  
28. januarii  
1785  
anno X.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt venerabilis frater modernus episcopus de Cuzco in Indiis, nec non dilecti filii capitulum, et canonici cathedralis ecclesie hujusmodi, quod ipsi, ut cultus, et devotio erga beatam Mariam Virginem de Bethlehem in dicta civitate, et diœcesi, quo par est studio augeatur, officium proprium, et missam ejusdem Beatæ Mariæ Virginis de Bethlehem alias a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinalium sacris ritibus præpositorum sub die xxiii. maii anni MDCCLXXVIII. pro ordine fratrum Bethlehemitarum approbata ad clerum sæcularem suæ civitatis, et diœcesis prædictæ per Nos extendi summo opere cupiant.

Expositio præcurre.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, attenta relatione dilecti filii magistri Julii Mariæ de Somalia ejusdem congregationis secretarii: officium proprium, et missam B. M. V. de Bethlehem alias a dicta cardinalium con-

Tenor concessionis.



gregatione pro ordine fratrum Bethlemitarum, ut præfertur, adprobata ad clerum sæcularem prædictarum civitatis, et diœcesis de Cuzco, ita ut in posterum idem clerus sæcularis officium hujusmodi cum missa sub ritu duplicis majoris, dominica tertia post Epiphaniam recitare, et respective celebrare libere, et licite possit, ac valeat, auctoritate apostolica tenore præsentium extendimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrarium.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, ed ordinationibus apostolicis, dictæque ecclesiæ de Cuzco, ejusque cleri sæcularis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vicesima octava Januarii millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno decimo.

DXXXII.

Dat. Romæ  
28. Januarii  
1785  
anno X.

Indulgetur canonicis collegiæ di Cantiano Eugubinae diœcesis, ut rochetto, et mozzetta uti possint.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Quanta cum utilitate ad venerationem, majestatemque divinarum rerum in Christifidelium animis iogendam conducant ipsa sacrorum indumentorum, vestiumque ornamenta, experientia magistra compertum habens Sacrosancta Mater Ecclesia instituit, ut non solum ministri in diversos ordines distributi præcipuis unicuique ordini, et ministerio congruentibus vestibus utantur, verum etiam, ut clerici dum canonicas horas persolvunt, certis vestibus induantur.

Proemium.

§. 2. Quamobrem in majorem divinæ gloriæ cultum, et in ministrorum reverentiam cessurum fore confidentes, si insignia illa, quæ aliis ecclesiarum canonicis concessa sunt ecclesiarum magis conspicuarum canonicis impertirentur, grato, libentique animo cum a Nobis petitur, elargimur. Cum autem pro parte dilectorum filiorum archipresbyteri, et canonicorum collegiæ ecclesiæ sancti Joannis Baptistæ loci de Cantiano Eugubinae diœcesis Nobis expositum fuerit, quod ipsi nullo, excepta almutia, alio sacro indumento potiuntur, eaque propter archipresbyter, et canonici prædicti Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Ratio concessionis.

§. 3. Nos igitur archipresbyterum, et canonicos prædictos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrent, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati modernis, et pro tempore existentibus archipresbytero, et canonicis collegiæ ecclesiæ hujusmodi, ut loco superpellicei, et almutiæ, quæ hactenus deferre consueverunt, rochetum, et mozzettam sericam violacei coloris subsutam cum nodulis, et fissuris coccinei

Concessionis tenor.

coloris hyberno, æstivo vero tempore rochetum cum superpelliceo, tam in ecclesia prædicta, ejusque choro, et capitulo, quam extra eam in processionibus, aliisque functionibus, et actibus publicis quibuscumque gestare, illisque uti libere, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Decretum irritans.

§. 4. Ac archipresbyterum, et canonicos prædictos desuper a quoquam impediri, molestari, vel perturbari respective nullatenus posse, ac irritum, et inane, si super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec nondictæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima octava januarii millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno decimo.

Dat. Romæ  
1. februarii,  
1785.  
Anno X.

DXXXIII.

Confirmatio transactionis inter episcopum Constantiensem ex una, et abbatem Einsidlensem ex altera parte super punctis jurisdictionalibus inita.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prosumus.

§. 1. Pastoralis officii, humilitati Nostræ divina dispositione concediti sollicitudinem gerere jugiter satagentes ea, quæ ad sedandas dissensiones, tollendasque jurgiorum, ac litium semina inter personas ecclesiasticas, quibus vel maxime ob sanctitatem sui ministerii illud dictum videtur » *Et ei, qui vult tecum iudicio contendere, et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium* » recte constituta, ac prudenter disposita noscuntur apostolicæ Nostræ auctoritatis munimine, dum id a Nobis petitur, libenti animo roboramus.

Exponitur ad lites subortas obtundendas duas fuisse

§. 2. Nuper siquidem pro parte venerabilis fratris Maximiliani Christophari episcopi Constantiensis, et di-

Bull. Rom. Tom. VII.

lecti filii Beati moderni abbatis regularis monasterii B. M. de Einsidlen Nobis expositum fuit, quod licet ab anno usque MDCXCIII. ad dirimendas omnes lites de, ac super jurisdictione, quæ jampridem inter episcopum Constantiensem ex una, et abbatem Einsidlensem ex altera parte vigeant, fuerit stipulata transactio, cum tamen sicut misera humanarum rerum conditio fert, ea satis non fuerit ad omnia antevertenda, præoccupandaque novorum jurgiorum, ac dissensionum semina, non diu post novæ contentiones, novæque dissidia inter eos exarserunt, quæ tandem nova transactione compressa, ac sublata fuerunt tenoris qui sequitur.

successivis temporibus initas transactiones, inter episcopum Constantiensem, et abbatem monasterii de Einsidlen.

### CONCORDIA

Inter Constantiensem ordinarium, et principale monasterium Einsidlense.

§. 3. Nos Maximilianus Christopharus Dei gratia episcopus Constantiensis, S. R. I. princeps dominus Augæ Majoris, et Eningæ inclyti ordinis sancti Joannis Hierosolymitani, bajulivus, et protector etc. cum decano, et capitulo etc. et Nos Beatus, de eadem Dei, et apostolicæ Sedis gratia abbas Einsidlensis, S. R. J. princeps etc. cum decano, et conventu: notum facimus per præsentis.

Tenor postre-  
mæ concordie

Cum post inita anno 1693. concordata inter curiam episcopalem Constantiensem, et principale monasterium Einsidlense variæ difficultates tractu temporis emergerint, quæ ab utraque parte super jurisdictionis ecclesiasticæ, et nonnullorum privilegiorum objectis in controversiam vocatæ, ac hinc inde disceptatæ fuerunt. Nos amore pacis, et tranquillitatis firmiter stabilicndæ, nec non ad instantiam reverendissimi principis, et abbatis Einsidlensis inclinati, instituta prius per nostros matura, et sufficienti deliberatione, via amicabile, sequentem in modum easdem componendas esse duximus.

§. 4. I. Episcopus declarat, agnoscit, et confirmat pro se, et successoribus suis modo, quo de jure fieri potest, optimo, monasterium Einsidlense, quod summo pontifici immediate subjectum est, gaudere plena passiva exemptione, salvis tamen præscriptis, et ordinationibus sacri concilii Tridentini judicatis pontificiis, ac declarationibus sacræ congregationis cardinalium ejusdem concilii interpretum, ac salva concordia de anno 1693. art. 1.

De juribus monasterii.

De exemptionibus monasteriorum.

§. 5. II. Hac ipsa exemptione fruuntur claustra monialium in Au, et Fahr, monasterio Einsidlensi incorporata quousque ibi sacramenta sæcularibus non administrantur.

De exemptionibus cappellæ Bynastizfes.

§. 6. III. Cappellæ Bynastizfes in Pfesficon, Freudentels, et Sonnenberg a visitatione episcopali ex concessione speciali sint, et maneat exemptæ quousque ibi nec sacramenta ulla administrantur, nec cura animarum exercetur. Quod si autem contigerit, in iisdem vel sacramenta administrari, vel curam animarum subintrare ex præscripto concilii Tridentini, et cappellæ præfatæ, et religiosi administrantes subsint quoad ea, quæ curam animarum, et sacramentorum administrationem concernunt visitationi, jurisdictioni, et correctioni episcopali.

De iuribus episcopi.

§. 7. IV. E contra declarat abbas Einsidlensis pro se, et successoribus suis, se renuntiare solemniter, ac modo, quo de jure fieri potest, meliori omni jurisdictioni in clerum secularem et populum Einsidensem, et hanc agnoscere in episcopo Constantiensi, ita ut huic soli competat omnis in omnibus locis Einsidensibus potestas episcopalis tum jurisdictionis, tum ordinis, quam etiam ad tenorem integri articuli primi sæpius citatæ concordiæ de anno 1693, in ipsa principali ecclesia Einsidlensi, vel se, vel suffraganeum exercere illi liberum esto.

De exclusionem jurisdictionis abbatis.

§. 8. Unde consequitur, principem et abbatem Einsidensem neque territorium separatum, nec jurisdictionem quasi episcopalem, nec prædicatum nullius in sensu curiæ Romanæ, quatenus illud unum ex prædictis involvit, nec prætereundum posse, nec velle, multo minus ejusmodi prædicatis, ac prætensionibus contra episcopum uti debere.

De jure consecrandi altaria abbati concessa.

§. 9. V. Episcopus, quantum in se est concedit principi Einsidlensi, ut in sequentibus parochiis, et locis Einsidensibus cum Au, et Fahr, Feijsisberg, Freyenbach, et Sarmensdorf, ecclesias tam modo existentes, quam illas, quas imposterum, prævio consensu episcopali, erigere contigerit, una cum altaribus etc. consecrare possit: sicut et ei usum pontificalium ad solemnis missæ, ac vesperarum celebrationem in ecclesiis patronatus sui sæcularibus, scilicet Oberkirch, et Ettiswil libere, ac amice concedit.

De formula reversalium præstandarum a beneficiatis.

§. 10. VI. Formula reversalium a quolibet ad beneficium Einsidense præsentato sacerdote sæculari præstandarum,

ac demum in posterum locum habeat qua huic concordiæ sub *litt. A.* integro, seu normali adjecta est.

§. 11. VII. Jus spoli in pluribus tam catholicis, quam reformatorum parochiis monasterio Einsidlensi competere, non disputatur: interim e re visum fuit, parochias et beneficia hic enarrare, quorum possessores huic modo subjacent juri, et sunt Oberkirch parochia, Kaltbrunn cappellania, Sarmensdorf parochia, Ettiswil parochia, Mariazell prope Sursée cappellania.

De jure spoli

§. 12. VIII. Tam in his locis, et parochiis, quam etiam in Einsidlensi et Bettwihl princeps Einsidlensis conobsignet, et hæreditatem una cum episcopo, salvo quoad hunc præcedentiæ jure, et mense decanali, contractet.

De hæreditatibus contractandis.

§. 13. IX. Mandata episcopalia pro tota diœcesi emanantia in exempta ecclesia Einsidlensi sub nomine abbatis secundum sub *litt. B.* adjacens, normali retento nomine ipsius episcopi, aut ejus vicarii ex integro publicentur. Quod etiam pro principiorum cohærentia in ecclesiis monialium in Au et Fahr obtineat. In omnibus aliis ecclesiis ditionis Einsidlensis eadem cum cætera diœcesi promulgandi forma observetur.

De executione mandatorum relaxatorum in curia episcopali.

§. 14. X. A. Episcopus modo viventes sacerdotes Einsidenses regulares, quos abbas idoneos judicaverit, ad curam pro tota diœcesi etiam ad monialium confessiones semel pro semper admittit, dummodo juxta constitutionem san. mem. Clementis X. 21. junii 1670 incipientem: *Suprema* nova examinis causa non superveniat, quæ ipsas confessiones respiciat, qua in tanti momenti onerata manet conscientia abbatis, ac reservatis iis, quæ in Bulla s. Pii V. 6. augusti 1671. incipiente *Romani pontificis*, et altera s. m. Benedicti XIV. 16. augusti 1748 incipiente *Pastoralis curæ* pro episcopo successore circa examen curatorum continentur, salva dispositione subsequuta ad *litt. B.*

De admittendis ad curam animarum, et ad confessiones monialium

§. 15. Religiosos vero pro cura animarum imposterum approbandos, abbas prævio examine, cujus instructionem episcopus eidem delegat, tentet, et quos sub propriæ conscientiæ periculo idoneos judicaverit per literas ad curiam datas denominet, et approbationem petat, quam dein hæc per transmissionem formaturum *litt. C.* semel pro semper etiam pro monialibus concedit.

De religiosis ad curam animarum promovendis.

De duratione  
delegationis  
abbatis.

§ 16. *B.* Delegatio illa examinis abbati Einsidlensi committenda morte et mandatis, et mandatarii extinguatur, et in utroque casu abbas Einsidlensis eandem delegationem in scriptis denno exoret, ab episcopo ex tunc concedendam. Quem in finem circa formularia sub *lit. B. et C.* inter utramque partem conventum est.

De professione  
fidei emittenda  
ab approbatis  
ad curam  
parochiarum.

§ 17. *C.* Religiosus Einsidlensis ad parochiam secularem prima aut repetita vice exponendus, et semel ab ordinario approbatus, nova non indigeat approbatione, sed teneatur professionem fidei catholice, nec non in concipientibus curam animarum juramentum fidelitatis propria sua manu scriptum Constantiam mittere, atque inde admissionem in scriptis impetrare pro ea, quæ solitam taxam sigillo episcopali solvere.

De examine a  
religiosis sus-  
beundo.

§ 18. *D.* Quod si autem contigerit religiosos Einsidlenses ad curiam Constantiensem pro suscipiendis sacris ordinibus transmitti, illi examen non solum pro ordinibus, sed et qui presbyteratus ordinem suscipiunt, etiam pro cura subire teneantur, ac idonei reperti solitas formas semel pro semper, etiam pro monialibus recipient.

De casibus re-  
servatis.

§ 19. *E.* Facultatem a casibus episcopo reservatis, vel reservandis absolventi delegat episcopus in perpetuum abbati in honorem B. Mariæ V. et ad promovendum ejus cultum, qui abbas eam, uti visum fuerit, suis religiosis subdeleget.

De visitationibus  
episcopali-  
bus.

§ 20. *XI.* Visitaciones episcopales ordinariæ in parochiis regularibus Einsidlensibus uti et extraordinariæ, ad quas etiam decani rurales deputari possunt, si episcopo visum fuerit, quoad ea, quæ curam animarum concernunt, obtineant: decanales vero ordinariæ ex speciali in abbatem favore, et confidentia cessent.

De assensu s.  
Sedis implorando.

§ 21. *XII.* Præsens concordia, quo plus roboris habeat, ab utraque parte Sedi apostolicæ humillime offeratur, ut eam gratiosissime approbare dignetur.

De observantia  
precedentis  
concordiæ  
anni 1693.

§ 22. *XIII.* Finaliter concordata anno 1693. inita, in quantum per novam hanc conventionem immutata non sunt, in pleno suo valore persistent, salvo cæteroquin omnibus tum reverendissimi ordinariatus, quam exempti principalis monasterii iuribus; ita tamen, ut quæ in hac concordia expressa non sunt, ad episcopum et jura ordinariatus, secundum constitutiones pontificias, ac dispositionem sacrosancti concilii Tridentini plene pertinere dignoscantur.

In quorum omnium, et singulorum robor, ac fidem presentes litteras confici, et quatuor exemplaria per totum conformia exarari, etc. denique ea sigillis nostris episcopali cum capitulari, et abbatali cum conventuali, quibus hæc omnia approbamus, ratificamus, et in perpetuum valitura volumus, communiri curavimus.\*

*Articulus separatus, de collatione  
Sacramenti confirmationis.*

§ 23. Nos Maximilianus Christophorus Dei gratia episcopus Constantiensis, S. R. I. princeps, dominus Augæ majoris, et Aingæ incliti ordinis sancti Joannis Hierosolymitani bajulivus et protector ec. cum decano, et capitulo: et Nos Beatus, de eadem Dei, et apostolicæ Sedis gratia abbas Einsidlensis, S. R. I. princeps ec. cum decano, et conventu: notum facimus per præsentates.

De collatione  
sacramenti  
confirmationis.

In decursu amico illius transactionis, quæ inter sedem episcopalem Constantiensem, et principale monasterium Einsidlense variis super difficultatibus solemniter conventum est. Veraciter propositum fuit, quod princeps Einsidlensis non raro pro administratione sacramenti s. confirmationis a catholicis sub ditione rerum publicarum Helveticarum protestantium occulte commorantibus instantissime adeatur, et imploretur, qui sine ingenti periculo palam catholicam religionem profiteri non possunt, et hinc sacramentum confirmationis publice suscipere rationabiliter impediti sunt.

Quia tamen et hos eo magis vivificante sancti Spiritus gratia confortari expedit, quo pluribus tentationibus et periculis taliter inter spirituale, et temporale bonum fluctuantes animæ inquietantur: hinc inter nos per præsentem articulum separatum modo, quo fieri potest, optimo, conventum est, quod tali in casu celsissimus, et reverendissimus episcopus Constantiensis reverendissimo principi, et abbati Einsidlensi utrinque pro se, et successoribus suis concedat, ut præfatus reverendissimus abbas sacramentum confirmationis catholicis ejusmodi occultis conferre possit, ac valeat, ea tamen lege, ut

§ 24. *I.* Desuper novum, ac speciale indultum a summo pontifice impetretur.

Speciales  
conditiones  
concessionis  
adhibeantur.

II.° Sacramentum hoc non nisi in loco occulto, clausis januis, ac demum

III.° Non nisi iis tantum personis conferatur, quæ sub dominio protestantium vicinorum in Helvetia degunt, occulte religionem catholicam profiteantur, atque sine vitæ, aut bonorum gravi periculo, episcopum, aut ejus suffraganeum adire non possunt.

In aliis autem casibus quibuscumque, abbas Einsidensis a collatione præfati sacramenti confirmationis, utpote ad jura ordinis episcopalis unice pertinente, omnino abtineat, neque etiam indultum a summa Sede desuper impetrandum ulterius extendere fas esto.

In quorum robur ac fidem præsentem chartam confici, et quatuor exemplaria etc. in totum conformia exarari: denique ea sigillis nostris episcopali cum capitulari, et abbatiali cum conventuali, quibus hæc ex utraque parte approbamus, confirmamus, et perpetuo valitura volumus, commuiri curavimus. Anno 1782.

Confirmatio  
apostolica.

§. 25. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dicti exponentes, ut præinserta transactio firmior existat, et servetur exactius apostolicæ confirmationis patrocinio commuiri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerant, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati; de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacri concilii Tridentini interpretum consilio præinsertam transactionem auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac quoscumque juris, et facti defectas, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 26. Decernentes has præsentem litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et

pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 27. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non cathedralis ecclesiæ Constantiensis, et monasterii prædicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die prima februarii millesimo septingentesimo octogesimo quinto, pontificatus Nostri anno decimo.

Derogatio contrariorum.

Dat. Romæ  
1. februarii  
1785  
anno X.

DXXXIV.

Facultas abbati Einsidlensi pro tempore  
existenti conferendi sacramentum con-  
firmationis catholicis occultis, nec  
non consecrandi certas ecclesias.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Dispositio con-  
cilio Tridentini  
circa admini-  
strationem sa-  
cramenti con-  
firmationis.

§. 1. **E**tsi juxta sacrosancti Tri-  
dentini concilii definitionem in sess. VII.  
de confirm. can. III. solus episcopus  
sit ordinarius tanti hujus sacramenti mi-  
nister, interdum tamen iustis, ac gra-  
vissimis, urgentibusque de causis solet  
Sedes apostolica simplici sacerdoti tam-  
quam extraordinario ministro faculta-  
tem tribere illud conferendi.

Exponitur per  
concordiam  
iuram cum  
ordinario, in-  
dultam abbati  
fuisse licen-  
tiam, certis  
sub conditio-  
nibus, admini-  
strandi sacra-  
mentum con-  
firmationis, et  
consecrandi  
ecclesias præ-  
vio tamen apo-  
stolico bene-  
placito.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis nu-  
per exponi fecit dilectus filius Beatus  
modernus abbas regularis monasterii  
sanctæ Mariæ de Einsidlen Constan-  
tensis diocesis, quod cum ipse a ca-  
tholicis sub ditione rerum publicarum  
Helvetiorum protestantium occulte com-  
morantibus, qui sine gravi periculo  
palam catholicam religionem profiteri  
nequeunt, ac sacramentum confirma-  
tionis quominus publice suscipiant, ra-  
tionabiliter præpediti sunt, non raro  
pro administratione sacramenti ejusmo-  
di adeatur, ac ab episcopo Constantiensi  
suum præstitum fuerit consensum, ac  
subinde inter eos stipulata concordia,  
quæ in contemporaneis Nostris literis  
super confirmatione transactionis, quoad  
alia capita inter episcopum Constan-  
tensem ex una, et abbatem Einsidlen-  
sem ex altera parte initæ in articulo  
separato de collatione sacramenti con-  
firmationis continetur, qua abbati Ein-  
sidlensi ab episcopo Constantiensi ad-  
ministratio sacramenti hujusmodi per-  
mittitur, sub hisce tamen pactis, et  
conditionibus, quod nempe hisce desuper  
a moderno abbate Einsidlensi a Nobis  
novum, et speciale indultum impetretur  
sibi, et futuris abbatibus valiturum;  
quod sacramentum hoc non nisi in loco  
oculto, et clausis januis, ac non nisi  
iis tantum personis conferatur, quæ  
sub dominio protestantium vicinorum  
in Helvetia degunt, occulte religionem  
catholicam profitentur, atque sine vitæ,  
aut honorum gravi periculo episcopum  
Constantiensem, aut ejus suffraganeum  
adire nequeunt, quodque in aliis ca-  
sibus quibuscumque abbas Einsidlensis  
a collatione præfati sacramenti confir-

mationis, utpote ad jura ordinis epi-  
scopalis unice pertinente omnino absti-  
neat, neque etiam indultum a Sede  
apostolica desuper impetratum ulterius  
extendere fas sit, prout in prædicta  
concordia, cujus tenorem præsentibus  
pro plene, et sufficienter expresso, ac  
de verba ad verbum inserto haberi vo-  
lumus, fusius continetur; quodque  
etiam in articulo quinto dictæ con-  
cordiæ constitutum fuerit, ut abbas  
Einsidlensis, in parochiis, et locis Ein-  
sidlensibus cum Au, et Fahr, Feysisberg,  
Freyenbach, et Sarmensdorf ecclesias  
tam modo existentes, quam illas, quas  
in posterum prævio consensu episcopali  
erigere contigerit, una cum altaribus  
consecrare possit. Cum autem sicut ea-  
dem expositio subjungebat ad tramites  
hujus conventionis memoratus abbas  
sibi, suisque successoribus novum, ac  
speciale indultum hujusmodi per Nos  
concedi summopere desideret. Nobis  
propterea humiliter supplicari fecit, ut  
in præmissis opportune providere, et  
ut infra indulgere de benignitate apo-  
stolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur, qui paterne omnes  
omnino Christifideles complectimur,  
illorumque spirituali bono providere te-  
nemur, cum ex conventionem hujusmodi,  
et catholicis in terris heterodoxorum  
commorantibus, quibus vel maxime  
divinorum afflantibus spiritus auxilium ne-  
cessum est, ut fieri potest consultum  
sit, et juribus episcopalibus nihil de-  
rogatum, ipsum modernum abbatem  
Einsidlensem specialibus gratiis, et fa-  
voribus prosequi volentes, eumque a  
quibusvis excommunicationis, suspen-  
sionis, et interdicti, aliisque ecclesia-  
sticis censuris, sententiis, et pœnis  
quovis modo, et quacumque de causa  
latis, si quas forte incurrit, hujus tan-  
tum rei gratia absolventes, et absolu-  
tum fore censentes, supplicationibus  
ejus nomine Nobis humiliter porrectis  
inclinati, de venerabilium fratrum No-  
strorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ear-  
dinalium sacri Tridentini concilii in-  
terpretum consilio, dicto Beato moderno,  
ac pro tempore existenti abbati Einsid-  
lensi sacramentum confirmationis ca-  
tholicis occultis in terris Helveticorum  
protestantium commorantibus, et ad  
tramites in omnibus dicti articuli se-  
parati dumtaxat, dummodo tamen sa-  
crum chrisma ab episcopo pro tem-  
pore Constantiensi recipiatur, admini-  
strandi, et conferendi, ac ecclesias ju-  
xta articulum quintum prædictæ con-  
cordiæ consecrandi plenam, et am-

Implorata fa-  
cultas conce-  
ditur sub con-  
ditionibus ab  
ordinario sti-  
pulis.

plam facultatem auctoritate apostolica tenore presentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio constitutionum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac in universalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die prima februarii millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno decimo.

Dat. Romæ  
12. februarii  
1785  
anno X.

DXXXV.

Committitur episcopo Burgi sancti Domnini, ut acceptet dimissionem curæ animarum ecclesiæ sancti Joannis Baptistæ monialium ordinis sancti Benedicti dictæ civitatis adnexæ ab eisdem monialibus factam, illamque transferat ad aliam ecclesiam.

Venerabili fratri Alexandro  
episcopo Burgi sancti Domnini.

Pius. PP. VI.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Procurator.

§. 1. **P**astorale officium humilitati Nostræ a Deo commissum postulat, ut ea, quæ ad inducendam, conservandamque pacem, et tranquillitatem inter Christifideles, præsertim eos vero, qui Deo proprius, aut in sæculo, aut in religione famulari susceperunt, disposita esse noscuntur, omni abjecta cunctatione libenter confirmemus, ut hinc facilius æternam spem, ad quam quotidie tendunt consequantur.

Monialibus  
grave nimis  
ac molestum  
erat. ut in  
eorum ecclesia  
curam anima-  
rum parochus  
exerceret.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod dilectæ filiæ in Christo abbatissa, et moniales monasterii sancti Joannis Baptistæ ordinis sancti Benedicti ejusdem civitatis Burgi s. Domnini probe noscentes, quam grave, ac molestum ipsis sit, tum ob dissensiones, quæ inter earum confessarium, et parochum quotidie exoriuntur, cum ob iteratas parochianorum querelas onus curæ animarum suæ ecclesiæ s. Joannis Baptistæ adnexum, eandem animarum curam propterea, ab ecclesia prædicta arcere, illamque in tuis manibus dimittere constituerunt; prout revera ad

hoc parochialitas hujusmodi præviis necessariis, et opportunis facultatibus a Nobis impetrandis in aliam aptiorem ecclesiam transferatur, sponte dimiserunt.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subungebat, ut litibus, ac controversiis inter parochum, et confessarium prædictos tandem aliquando finis imponatur, ac parochiani suorum votorum compotes fiant, utile ac proficuum iudices dimissionem, ac renunciationem hujusmodi juxta methodum ab iisdem monialibus propositam acceptare, ac ad nullam aliam ecclesiam parochialitatem hujusmodi, quam ad ecclesiam sanctæ Mariæ intra ejusdem parochiæ fines sitam, quæ alias ad confraternitatem Disciplinantium non extinctam, ac nosocomio dictæ civitatis sancti Domnini alias auctoritate apostolica unitam spectabat, commodius transferri posse arbitroris, dummodo tamen, et pro indemnitate ipsius nosocomii, et pro bono noxæ erigendæ parochiæ, prævia cessione nedum dictæ ecclesiæ sanctæ Mariæ dicti nosocomii administratoribus, sed etiam adificiorum eidem ecclesiæ adnexorum, ut præfertur, ad dictam confraternitatem alias spectantium faciendâ, quæ a dictis monialibus fuerunt proposita, ac etiam conditiones serventur tenoris, qui sequitur.

Episcopus ini-  
ta concordia  
illam transtu-  
lit ad eccle-  
siam s. Mariæ.

§. 4. I. Che lo spedale non sia più tenuto alla riparazione di detta chiesa di s. Maria, e fabbricato annesso, nè tampoco a veruna spesa di cera, apparamenti, e funzioni solite a farsi in essa chiesa, nè a veruna sorta di salarij, ed onorarij a' suoi inservienti.

Tenor inita  
concordiæ.

II. Che al nuovo parroco, il quale potrà nominarsi rettore non debba competere il minimo diritto per l'amministrazione de' sacramenti agl' infermi dello spedale, e loro sepoltura; ma che però accadendo di seppellirsi di morti dello spedale nella chiesa di s. Maria eretta in parrocchia, il parroco non possa pretendere dallo spedale alcuna sorta di emolumento nè in contanti, nè in cera.

III. Che lo spedale riduca parte del fabbricato annesso alla suddetta chiesa ad uso, e comoda abitazione del parroco, riservando l'altra parte del fabbricato stesso d'affittarsi a profitto della chiesa.

IV. Che si formi una congregazione composta di un tesoriere, d'un controscrittore, e di un fabbriciere incaricata della manutenzione, e ripa-

razione della detta chiesa, e fabbricato, e dell'obbligo dell'altre spese occorrenti per le funzioni, e per lo stipendio del chierico, e campanaro inservienti.

V. Che a tale oggetto lo spedale medesimo paghi per un decennio avvenire lire cinquecento moneta di Parma, ossia scudi venticinque moneta Romana da servire annualmente per le occorrenti spese della chiesa, ed altre lire mille, ossia scudi cinquanta pure per un decennio, e queste da impiegarsi in un capitale fruttifero, oppure invece di tutto questo assegni alla chiesa medesima un fondo cauto del valore di lire dodici mila corrispondenti alla somma di seicento scudi Romani circa, il di cui prodotto unito al ricavato dell'affitto della suddetta parte di fabbricato da riservarsi come sopra, verrà a formare un annuo reddito di cinquanta scudi Romani circa sufficienti un di presso alla manutenzione di detta chiesa, la di cui amministrazione dovrà appartenere alla detta congregazione della fabbrica a tal fine destinata.

VI. Che il capo della divisata congregazione sia sempre il parroco, il quale però non possa mai essere tesoriere della medesima, riconoscendosi troppo espediente che questo sia una persona sempre diversa dal parroco, e dal tesoriere della compagnia del santissimo Sacramento, di cui appresso.

VII. Che trasferendosi la parrocchia vada ad essa unita la confraternita del santissimo Sacramento eretta in detta parrocchiale chiesa di san Giovan Battista, e che questa poi sia tenuta non tanto alla manutenzione dell'oglio per la lampada, quant'anche all'altre spese tutte, che è stata solita di fare sinora in detta chiesa di san Giovan Battista, dovendosi supplire dalla suddetta fabbrica quel di più, che potrà occorrere al compito servizio, e manutenzione della chiesa stessa.

VIII. Che li quattro candelieri d'argento, ed una delle lampade pure d'argento, che esistono tra gli arredi della predetta chiesa di s. Maria, come che non bastevoli per compito ornamento di un altare vengono trasferiti stabilmente all'oratorio del nominato spedale degl'intermi, il quale verrà ad essere in tal modo decentemente corredato, e rimanga libera alla stessa chiesa di s. Maria l'altra l'ampada d'argento.

IX. Che finalmente ad oggetto d'impedire ogni motivo di altercazioni, e di discordie, che senza meno verrebbero ad insorgere tra il nuovo parroco, ed il rettore dell'Annunziata di Maria Vergine titolare di essa chiesa, di cui anche chiamasi rettore il beneficiato suddetto, con apostolica autorità venga derogato pienamente a qualunque diritto, ragione, titolo, o preminenza per qualsivoglia modo competente al beneficiato medesimo nella predetta chiesa di santa Maria, e per qualunque funzione in essa possibile, massime che per una parte cessati sono per intero li pesi incombenti allo stesso rettore, cioè a dire l'amministrazione de' sacramenti a' pellegrini, e l'esercizio personale delle funzioni tutte altre volte appartenenti alla soppressa confraternita, e per l'altra il rettore moderno di detto beneficio riconoscendo di nessuna entità il suo diritto è pronto di rinunziarvi in tutta la maggiore estensione per il bene, e quiete di quella parrocchia.

§. 5. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, de venerabilibus fratrum Nostorum S. R. E. cardinalium episcoporum, et regularium negotiis præpositorum consilio, fraternitati tuæ per præsentem committimus, ac mandamus, ut prævio consensu, quorum interest, dimissionem, ac renunciationem parochialitatis, seu curæ animarum ecclesiæ s. Joannis Baptistæ, conjunctim, ut præfertur, a dictis monialibus faciendam auctoritate Nostra apostolica acceptes, illamque ad aliam ecclesiam s. Mariæ transferas, illiusque cessionem una cum adnexis ædificiis ab administratoribus dicti nosocomii sub præinsertis tamen conditionibus, ac pactis faciendam admittas. Nos enim tibi omnem, et quancumque faciendi, gerendi, exequendi, et exequi mandandi ea omnia, quæ circa præmissa facere, gerere, et exequi opportunum fore in Domino arbitraveris plenam, et amplam facultatem au-

Committitur episcopo, ut omnia executioni mandet, uti apostolicus delegatus.



etoritate apostolica ténore præsentium  
tribuimus, et impertimur.

Clausula sub-  
lata, et decre-  
tum irritans.

§. 6. Decernentes has præsentis li-  
teras semper firmas, validas, et effi-  
caces existere, et fore, suosque plena-  
rios, et integros effectus sortiri, et ob-  
tinere, ac illis, ad quos spectat, et pro  
tempore quodcumque spectabit in  
omnibus, et per omnia plenissime suf-  
fragari, et ab eis respective inviolabi-  
liter observari; sicque in præmissis per  
quoscumque iudices ordinarios, et de-  
legatos etiam causarum palatii aposto-  
lici auditores, iudicari, et defini de-  
bere, ac irritum, et inane, si secus  
super his a quoquam quavis auctoritate  
scienter, vel ignoranter contigerit at-  
tentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutioni-  
bus et ordinationibus apostolicis, nec  
non monasterii sancti Joannis Baptistæ,  
ac nosocomii prædictorum etiam jura-  
mento, confirmatione apostolica, vel

quavis firmitate alia roboratis statutis,  
et consuetudinibus; privilegiis quoque,  
indultis, et literis apostolicis superio-  
ribus, et personis sub quibuscumque  
tenoribus, et formis, ac cum quibusvis  
etiam derogatoriis derogatoriis, aliis-  
que efficacioribus, efficacissimis, ac in-  
solitis clausulis, irritantibusque, et aliis  
decretis in genere, vel in specie, ac  
aliis in contrarium quomodolibet con-  
cessis, approbatis, confirmatis, et in-  
novatis. Quibus omnibus, et singulis  
illorum tenores præsentibus pro plene,  
et sufficienter expressis, ac de verbo  
ad verbum insertis habentibus, illis alias  
in suo robore permauris, ad præmis-  
sorum effectum hac vice dumtaxat spe-  
cialiter, et expresse derogamus, cæteris-  
que contrariis quibuscumque. Datum  
Romæ apud sanctum Petrum sub annu-  
lo piscatoris die undecima februarii  
millesimo septingentesimo octuagesimo  
quinto, pontificatus Nostri anno, decimo.



# PIUS VI.

## ANNO UNDECIMO



Dat. Romæ  
15. februarii  
1785  
anno XI.

DXXXVI.

Allocutio habita ad comitem Aloisium Braschium Honestum cum eidem solemnâ ritâ imposuit magnam crucem ordinis ss. Mauritii, et Lazari a serenissimo Sardinia regè transmissam.

Exponit Sardinia regis donum, illudque insigne esse declarat.

§. 1. Quæcumque peracta sunt hactenus in hac Nostra sacri ritus perfectione, quam ad exitum jam perduximus, omnia perspicue quodammodo resonare visa sunt munificentiam, liberalitatemque carissimi in Christo filii Nostri Victorii Amadei Sardinia regis illustris, qui magni magistri ordinis militaris sanctorum Mauritii, et Lazari personam gerens te, dilecte fili, pro sua benignitate voluit, et ejusdem ordinis magna cruce exornare, et ad conspicuum ipsius dignitatis locum extollere. Insigne nimirum hoc magnæ crucis eleganter pretiosaque conformatum, quod tibi modo ante pectus appendimus, amplissimum illius regis est donum, meritissimo cardinali Gerdilio transmissum, ut ab ipso tibi regio nomine redderetur; neque tamen illud est unam, ac singulare, sed conjunctum etiam cumulatamque aliis regis liberalitatis beneficiis, expressis in diplomate die xvi elapsi mænsis januarii dato, Nobisque exhibito per dilectum filium nobilem virum comitem Alexandrum de Vallispergia regium apud Nos administrum.

Gratissimi animi officia erga regiam majestatem ex citat.

§. 2. Non tua solum esse propterea debent omnia gratissimi animi erga regiam majestatem officia, sed ea præcipue Nostra sunt. Tu certe eidem acceptum referre debes munus illud non minus honorificum, quam fructuosum: at Nos magis adhuc eidem obstrictos esse profiteri oportet, quod Nostri gratia permotus sit ad te illo honore augendum; idque in eo ipso diplomate declaraverit.

§. 3. Atque hic te a Nobis primum excitari necesse est ad colendos singulari pietate sanctos illos, quorum nomine ordo, cui adscriptus es, nuncupatur; atque idcirco ignorari a te nolumus illum ipsum equestrem, et militarem ordinem quamdam traxisse imaginem ab eo, quod peractum fuit ab Amadeo VIII. Sabaudia duce, qui circa annum MCDXXXIV. cum aliquot nobilium virorum comitatu ad Ripalliam diocesis Genevensis secessit, ibique cum suis eremiticam assumpsit habitum, ac pro sua pietate privatum quemdam fundavit ordinem sub titulo sancti Mauritii martyris (1), qui fuit legionis Tebeæ (2) primicerius (3). Sed cum nullam servasset formam sollemnitateque ex iis, quæ ad religionem instituendam servari solent, factum hinc est, ut verum institutionis initium sub titulo s. martyris Mauritii

Equestris, et militaris ordinis originem, et præstantiam exponit.

(1) Spondan. continuat. Annal. ecclesiastic. tom. 2. ad ann. Christi 1572. §. 26. P. Ignat. Hyacinth. de Graveson. Histor. ecclesiastic. tom. 9 tabul. cronologic. 14. pag. 504. edit. Rom. 1722.

(2) Acta martyrii legionis Tebeæ comprobantur homil. 81. s. Maxim. episcop. Taurin. ult. edit. Roman. et vindicantur ab objectionibus ministri Dubourdieu a cl. vir. Francis. Anton. Zaccaria dissert. 10. tom. 1. dissert. var. et recentius contra eundem Dubourdieu, contraque famosum Voltairium a theologo Octavio Felice Baudisson in actis legionis Tebeæ adjunctis suæ orat. in laud. ss. martyris, Solutoris, Aventoris, et Octavii edit. Taurin. 1778.

(3) Primicerii legionum nomen id dignitatis est militaris, tribuni dignitati proximæ. Dufresne in glossar. verb. Primicerius.

recentius esset, a prædecessore nimirum Nostro Gregorio XIII. sumendum, qui supplicante duce Emmanuele Philiberto eam erexit sub regula Cisterciensi in Sabaudia, et Pedemontis regionibus ad universam, ut inquit, Italiae, totiusque Christianae reipublicae salutem, et commodum (1). Vix tum duobus elapsis mensibus aucta hæc fuit ab eodem pontifice alterius antiquioris latissimeque per orbem diffusæ militiæ accessione, leprosorum scilicet s. Lazaro Hierosolymitano dicata, ut quod uua » in ipso initio per se agere perfecte » non posset, alterius adjuncta auxilio, » et viribus geminatis, fortior esset ad » agendum, atque citius, et facilius » optatos Ecclesiæ Dei, et christiano » populo fructus afferre posset. Atque ita ex duobus equestribus ordinibus unicus efformatus est, ac si ab exordio uterque fuisset conjunctim institutus, decorato eodem duce Emmanuele Philiberto, ejusque perpetuo successoribus suprema magistri dignitate (2), et præscripta crucis forma e duobus effecta, quarum altera viridis coloris in internis angulis divisa, erat Lazariorum insigne, altera vero alba florifera, hodieque potior habita, sancti Mauritii ordinis tessera (3). Hæc autem privilegia, quæ modo diximus a Gregorio XIII. concessa, amplissime postea renovavit, confirmavitque Clemens VIII. sub magisterio ducis Caroli Emmanuelis (4).

Relert vicissitudines, quibus ordo subiecit.

§. 4. Ex memoratis igitur diversis militiis constitutus est ordo, in quem es ipse nunc adlectus; quod a te in præsentia cognosci satis esse existimamus, nam proluxa nimis oratione No-

bis utendum esset, si ordinis s. Lazari originem, et statum referre aggredieremur. Ut aliqua tamen, eaque pauca delibemus: nonnulli sunt, qui ortum illius repetunt a temporibus apostolorum; eos enim asserunt commississe septem diaconis a sese electis, ut collatam in eleemosynas pecuniam reciperent, ac pauperibus, et morbo laborantibus distribuerent; atque hunc in modum primos fuisse, prout in hoc ordine appellantur, hospitalarios (5). Addunt alii ipsum hunc ordinem institutum fuisse ad christianorum præsidium, quos persequi jam ab ipsa Jesu Christi morte Scribæ, Pharisei, Sadducæi, et Romani incæperant (6). Moderatores sunt alii, qui Lazariorum equitum deducunt ortum a sancti Basilii magni temporibus (7) qui amplissimam hospitaliam domum paulum extra Cæsaream Cappadociæ urbem edificaverat, a s. Gregorio Nazianzeno quasi novam civitatem appellatam, in qua (erant) ægroti, et vulnerum curiones, et Christi imitationes. (Basilii) non quidem sermone, sed opere lepram purgabat (8). Imo imperator Valens etsi Arianus; prædia quæ ibi habebat optima, pauperibus donavit, qui sub ejus (Basilii scilicet) cura erant, et toto corpore laborantibus curacione maxima indigebant (9). Cum hoc exemplo fundata pluribus in locis essent hospitia leprosorum, societatem etiam, ac quemdam ordinem inde plures opinantur institutum (10) sub s. Lazari invocatione,

(5) *Hermant des Ordres des Chevaleries, et alii apud p. Honoratum de s. Maria in disertat. historicis super la cavalleria antica, e moderna lib. 1. disertat. 5. artic. 2. §. 2.*

(6) *De Belloy de origine de la chevalerie apud eundem p. Honoratum loco cit. §. 3. in fin.*

(7) *Bernard. Giustinian. histor. ordin. militar. part. 1. cap. 4. Bonanni ordin. equestr. catalog. descript. 65.*

(8) *S. Gregorius Nazianz. orat. 20 in laud. s. Basilii num. 91. 92., et 93. tom. 1. oper. pag. 359. et 360.*

(9) *Theodoret. histor. ecclesiast. lib. 4. cap. 16. col. 2. in fin. tom. 3. oper. edit. Paris. 1642.*

(10) *Relat. in histor. anonim. ordin. monastic. religios. et militar. tom. 1. part. 1. cap. 32. §. 3. version. italic. quam anno 1714. conscripsit, et evul-*

(1) *Constit. 8. ejusdem pontificis in Bullar. nov. Roman. edit. tom. 4. part. 3. pag. 336. col. 2.*

(2) *Constit. 10. ipsius pontificis in citat. Bullar. tom. eod. pag. 239. in fin. eundem ordinem aliis fundis, privilegiis, et indultis auctum fuisse a præfat. Gregorio XIII. liquet ex ejus constit. 182. tom. 4. part. 4. citat. Bullar. pag. 99. et constit. 187. ibid. pag. 111.*

(3) *Breve Gregorij XIII. apud Samuel. Guichenon histoire genealogique de la Royale Maison de Savoie tom. 4. part. 1. pag. 529. postrem. edit. Taurin. 1780.*

(4) *Constit. ejusd. pontif. 315. in citat. Bullar. tom. 5. part. 3. pag. 20.*

atque hunc fuisse a s. Damaso pontifice approbatum. Verum hi omnes tanquam fabulosarum originum auctores ab accuratioribus reprobantur scriptoribus (1), qui consentiant quidem de antiquissima hospitiorum institutione, deque societatibus ad præstandam indigentibus opem conjunctis; sed inde consequi negant, ut societates istæ in quoddam ordinum militarium corpus jam tum coaluerint; cum nullum horum ante decimum sæculum appareat vestigium. Vera idcirco institutionis s. Lazari, ut nunc est, ratio, seu novi militaris status cum ejus pristino hospitaliariorum statu conjunctio, videtur omnino non ante duodecimum exorta sæculum (2), cum scilicet a pontifice maxima Alexandro IV. illi ordini fuit sancti Augustini præscripta regula. Jamque ex illo tempore sacra cœpit ab eo ordine exerceri militia, præstoque esse christianis principibus, qui in Palestinam advenientes, pro sanctis ab infidelium potestate vindicandis locis diuturna, ac maxima illa bella gerebant. Singularis tum fuit in ipso ordine jam antiquitus comprobata consuetudo, ut eligi in magnum ejus magistrum nemo posset ex equitibus, nisi qui in Hierosolymitano hospicio ex lepra laboraret; isque usus apud eos tenuit usque ad annum MCCL.; quo tempore cum magna pars equitum leprosarum in prælio cum infidelibus commisso cecidisset, coactique fuissent, qui supererant, e Syriæ finibus excedere, ad Innocentium IV. pont. max. detulerunt preces, ut iam posterum ipsis liceret aliquem non lepræ morbo affectum, sed sanum atque incolumem in magno magisterio constituere, cum amplius pristina illa consuetudo rejneri, servarique non pos-

set. Commisit tum pontifex episcopo Tusculano ut, si sibi secundum Deum visum foret expedire, fratribus ipsis licentiam aliquem militem sanum e fratribus domus s. Lazari Hierosolymitani in ejus magistrum de cetero eligendi, auctoritate apostolica concederet (3). Consequentibus vero temporibus Innocentius VIII., ut facultates equestri ordinis s. Joannis Hierosolymitani augetet, eique opportunis ad resistendum infidelium potentie subsidiis provideret, suppressit extinxitque s. Lazari militiam, eamque cum suis prioratibus, præceptoribus, et membris quibuscumque univit, et concessit præfato s. Joannis ordini (4). Verum Innocentiana hæc constitutio non ubique effectus consecuta est suos, subsistente non solum post ipsam in multis provinciis, et ditionibus eodem s. Lazari ordine, sed ipso etiam a pluribus ejus pontificis successoribus, nunc his, nunc illis in locis redintegrato (5). Cum autem illius contagii vis paulatim remississet, numerusque eorum, quos equites s. Lazari vocabant, fuisset imminutus, hinc postquam Paulus V. prædecessor Noster ad preces Henrici IV. regis christianissimi novum instituisset ordinem sub titulo sanctæ Mariæ de Carmelo (6), narrant scriptores (7) eidem attributa fuisse bona, quæ in Galliis ad ordinem s. Lazari pertinebant.

§. 5. His tibi per Nos breviter expositis, quid aliud nunc a te præstari cupimus, quam ut, cum pares gratias ipsi regi magno ordinis magistro persolvere nunquam possis, perpetua cogitatione collatum beneficium recolas?

Gratiarum actio.

gavit P. Helyot valde commendat. in act. eruditor. Lips. ann. 1715. pag. 425. et a P. Honorato dissertat. historic. critic. super la cavalleria lib. 1. dissert. 5. art. 2.

(1) Citat. histor. ordin. militar. cod. cap. 32. P. Honorat. in præfat. art. 2.

(2) Eod. cap. 32. histor. ordin. militar. §. 10. P. Honorat. in citat. lib. 1. dissertat. 10. artic. 5. §. 4. P. Paul. Anton. Paoli præses academ. nabil. ecclesiast. urb. Rom. in sua erudit. dissertat. de origin. et institut. sac. militar. ordin. s. Joannis Hierosolymit. cap. 8. num. 20. Bull. Rom. Tom. VII.

(3) Cit. cap. 32. histor. ordin. militar. §. 11. idem p. Honoratus in dissert. 10. artic. 5. §. 4.

(4) Constitut. ejusd. pontif. dat. 5 kalendas aprilis 1489. relat. in cod. diplomat. Eunig. tom. 4. pag. 1486.

(5) Spondan. cit. tom. 2. ad ann. Christi 1565. num. 17. histor. ordin. militar. cit. cap. 32. §. 14. P. Honorat. ead. dissert. 10. art. 5. §. 4.

(6) Constit. 93. ejusdem pontificis in citat. Bullar. Romano tom. 5. part. 3. pag. 297.

(7) Spondan. loc. proxim. cit. in fin. histor. ordin. militar. part. 1. cap. 54. §. 3. P. Honorat. citat. dissertat. 10. artic. 5. §. 4.

„Cui enim gratia referri tanta non potest, quanta debetur, habenda tamen est, quantam maximam animi Nostri capere possunt.

Laudes regis  
Sardiniæ.

§. 6. Sed ut ad Nosmetipsos convertamur, facile sane percipimus animo, quale, quantumque sit ejus doni pretium, quo præsertim amantissimus rex hoc sæ liberalitatis argumento perspicue declaravit, quantopere Nostri faceret erga se amoris existimationisque sensum, quem ut semper ipsi exhibere volumus, ita præcipue comprobavimus, cum ejusdem obsequeremur studiis in conferendis in eum ordinem facultatum incrementis. Sed quid non illi deferamus, tribuamusque regi, qui singulari in Ecclesiam est, Romanamque cathedram voluntate, quique tantum abest, ut quidquam detrahi in suis ditionibus ab sanctissimæ fidei integritate sinat, ut etiam integram ibidem, incolumemque præstet ecclesiasticam disciplinam, neque nihil patiatur capere detrimentum? Hic certe opportunus esset in præstantissima illius merita Nobis excurrendi locus, cum nulli alii magis hujusmodi laudationis munus, quam Nobis convenire arbitremur. Sed quid amplius, quid copiosius afferre possumus, quam quod de ipso, deque ipsius præclarissima, gloriosissimaque familia ex certissimis monumentis adduximus in iis literis Nostri, quas operibus s. Maximi Taurinensis anno proxime elapso præfiximus, cum ea Nos edi, illustrarique curarem. Illud hic tantummodo repetemus, omnes in ipso fulgere, atque eminere laudes, quæ non paternæ cujusdam hæreditatis jure ad posteros devolvuntur, sed ex propria virtute comparantur. At quod nunc dandum erat gratissimi in eum animi nostri iudicium, hac ipsa exhibere volumus opera, qua functi sumus in ipsius ordinis magna cruce conferenda, hac nimirum officii, ac pietatis significatione munus ipsius celebrantes, novisque deinde illud, cum opportunitas tulerit, animi Nostri testimoniiis prosecuturi.

Monitum ad  
ingressum in  
illustrem mili-  
tiam

§. 7. Hic iterum ad te revertimur, dilecte fili, tibi que ante oculos ponimus, ac majorem in modum commendamus, ut ex hac die, qua in tam illustrem sanctorum Mauritii, et Lazari militiam ingressus es, omnino illud tibi agendum statuas, ut illi regio magno ordinis ejusdem magistro debitam fidem, et obedientiam præstes, ut semper pro illius felicitate vota facias, ut regulas

omnes tuæ hujus religionis, (1) ac instituta serves, neque unquam quidquam committas, quod ordinis decori, quod ipsi crucis, quam præfers, insigni ullo modo adversari videatur.

Placetne tibi?

## RESPONSUM COMITIS

### ALOISII BRASCHII HONESTI

§. 8. Meo reputans animo, beatissime pater, qui, qualesque sint, vel ille, a quo profectum in me est amplissimum hoc beneficium, vel ille, a quo traditum; ejusmodi impositum mihi onus esse video agendarum gratiarum, ut eidem ferendo impar esse omnino debeam. Hinc singularem præstantissimi Sardinæ regis munificentiam agnosco, hinc pontificis maximi perhonorificam in me operam, studiumque conspicio. Mirifice utraque hac causa gaudeo, at ob utramque officii mei magnitudine opprimi plane me sentio. Sed cum eos non ad vires meas, sed ad voluntatem, qua nihil cumulatis esse potest, respecturos confidam, ipsa hac amborum clementia eximie recreor, ac sustentor. Itaque, quod nunc possum, semper me præ oculis habiturum tam amplum, tam gloriosum, ac tam illustre munus profiteor, neque unquam intermissurum

Responsum  
comitis Bra-  
schii Honesti

(1) *Milites non servantes absolutam castitatem, nequeunt proprie dici religiosi. Quia illi vivendi modi, secundum quos homines matrimonio utuntur, non sunt simpliciter, et absolute religiones, sed secundum quid, in quantum scilicet in aliquo participant quedam, quæ ad statum religionis pertinent* docet s. Thomas Aquin. 2. 2. quæst. 186 artic. 4. §. ultim. ibique Francisc. Sylvi. Liter. E. P. Honorat. in cit. dissertat. 10. artic. 4. *Solummodo igitur reputantur ecclesiasticæ personæ improprie, quia servant regulam approbatam ab apostolica Sede, gerant habitum cruce insignitum, et ecclesiæ servitio deputantur ad præliandum pro ea iuxta proprium institutum. Ita de equitibus sancti Stephani censuit collegium XII. virorum, litibus decidendis Romæ præpositum.*

pro tua, beatissime pater, Sardiniae-que regis incolumitate, felicitateque vota facere, ac me etiam sanctissimis patronis, quorum ordinis insignia jam gero, commendare, ut eorum praesidio consilia omnia, actionesque meae ita semper dirigantur, ne unquam vos possit impertiti mihi tanti honoris pœnitere.

DXXXVII.

Dat. Romae  
18. februarii  
1785.  
anno XI.

Congregationi presbyterorum Conceptionis beatæ Mariæ virginis civitatis Campostellanae conceditur facultas celebrandi missam votivam ejusdem beatæ Mariæ virginis singulis anni sabbathis

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Ratio concessionis.

§. 1. **C**um sicut dilecti filii congregatio sacerdotum nuncupat. sub titulo Conceptionis beatæ Mariæ virginis immaculatæ in ecclesia metropolitana Compostellana canonice, ut asseritur, erecta, Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga beatam Mariam virginem gefunt devotionis affectu, missam votivam ejusdem beatæ Mariæ virginis cum cantu singulis anni sabbathis celebrare posse plurimum desiderant.

Concessionis tenor.

§. 2. Nos dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, attentâ etiam relatione dilecti filii magistri Julii Mariæ de Somalia congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum secretarii: exponentibus prædictis, nec non pro tempore existentibus presbyteris congregationis hujusmodi, ut ipsi in singulis anni sabbathis, exceptis duplicibus primæ, et secundæ classis, dictam missam votivam ejusdem beatæ Mariæ virginis cum

cantu celebrare libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictæque congregationi in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sub-  
tata, et decre-  
tum irritans.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima octava februarii millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

Derogatio con-  
trariorum.

DXXXVIII.

Dat. Romæ  
25. februarii  
1785  
anno XI.

Imminutio festorum in civitate, et diocesi Elborensi.

Venerabili fratri  
Archiepiscopo. Elborensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam benedictionem

Ratio, concessio-  
nis, et tenor  
preceum por-  
rectarum.

§. 1. **C**um, sicut Nobis nuper exponi fecisti, in diocesi tua Elborensi, adeo exereverint calamitates, et angustiae propter presentium temporum infortunia, ut miseri illius habitatores, incoeque, et praesertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, persæpissime cogantur, quamvis animo invito, dies festos negligere, operibusque mechanicis sese adiacere pro pane lucrando, et id eo facilius contingat ob excretum dierum festorum numerum: propterea Nobis humiliter supplicari fecisti, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessio-  
nis

§. 2. Nos itaque, qui Christifidelibus quantum cum Domino possumus salutare remedium potius ad aeternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste sustinendam adhibere, quam per severiorem ecclesiasticae disciplinae rigorem, ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuae per praesentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Cristifidelibus in praedicta tua Elborensi diocesi existentibus, ut deinceps exceptis omnibus diebus dominicis, nec non Natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti, sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniae, paschatis Resurrectionis, et sequenti, pentecostes, et sequenti, ac corporis Christi, et Ascensionis, sancti Joannis Baptistae, ac sancti Petri, et Pauli, ac Jacobi apostolorum, et commemorationis omnium sanctorum; prae-

terea quovis dicatis beatæ Mariæ virginis Immaculatae, scilicet Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non sancti patroni, et tutelaris cujuslibet loci pro hominibus ejusdem loci dumtaxat, festivis diebus, in quibus integra maneat praeccepti obligatio, in reliquis vero festis, sive per hanc sanctam Sedem praecceptis, sive per synodales ejusdem diocesis constitutiones, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per eorum majores facti (quod quoad hanc partem etiam auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus) praecceptis, praescriptisque, audita missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus, sine ullo prorsus conscientiae scrupulo vacare possint, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, praecipias, et mandes.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non diocesis praedictae, illiusque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque, efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quinta februarii millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

Derogatio con-  
trariorum.

Dat. Romæ  
17. martii  
1785  
anno XI.

DXXXIX.

Confirmatio statutorum universitatis de-  
gli Affidati vulgo nuncupati de urbe.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Exponitur ho-  
mines congre-  
gatos in uni-  
versitate nunc-  
cupata degli  
affidati, quan-  
dam statuta  
condidisse pro  
gubernio con-  
gregationis.

§. 1. Ad pastorale fastigium meritis licet imparibus eveci illa, quæ pro felici, prosperoque universitatum almæ urbis Nostræ, cujus commodis peculiari paternæ charitatis affectu studemus, regimine provide constituta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistent, apostolici muniminis præsidio, cum id a Nobis petitur, libenter constabilimus. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii universitas, et homines vulgo degli Affidati nuncupati de urbe, quod ipsi pro felici ejusdem universitatis directione, et gubernio quedam statuta in congregatione universitatis prædictæ habita decreverunt, tenoris, qui sequitur videlicet.

§. 2. Fu sempre savio, e lodevole costume, non meno che provido consiglio di tutti quelli, che addetti all' esercizio delle arti, o professioni vollero unirsi in un corpo, ed erigere una università, di formare quelle leggi particolari, che giudicarono più atte, ed opportune per il buon regolamento de' loro interessi, ben persuasi, che senza la guida di queste non avrebbero mai potuto condurre a buon termine i di loro affari. Quindi è, che con queste leggi particolari formarono li di loro rispettivi statuti, all' osservanza dei quali si soggettarono, riportandone per maggior fermezza, ed inviolabile osservanza l' approvazione da legittimi superiori, conforme lo dimostrano ad evidenza tutte quelle università, che in quest' alma città di Roma si trovano erette.

§. 3. Vollerò praticare lo stesso anche li padronali delle masserie di pecore, o siano affidati nella dogana del patrimonio, i quali prima che fossero uniti, e senza leggi particolari ricevevano notabilissimi pregiudizj tanto in comune, quanto in particolare; stabilirono perciò di unirsi in un corpo, e di erigere una università con formare le loro leggi particolari, o siano statuti; onde tenutasi da essi una pubblica adunanza li due gennajo mille seicento ventidue con licenza di legittimi

De origine  
universitatis.

superiori vennero nella determinazione di erigere la loro università conforme alle altre che esistono in quest' alma città, e stabilirono alcuni, e diversi capitoli, ossia leggi particolari da inviolabilmente osservarsi, dopo che se ne fosse da legittimi superiori riportata la benigna ed opportuna approvazione, e come in effetto si ottenne.

§. 4. Si prescrive in questi statuti l' obbligo di doversi fare la congregazione degli affidati di anno in anno, e dal corpo di questi venirsi alla deputazione dei capi nazionali di ciascuna provincia, e successivamente all' elezione degli ufficiali, cioè de' consoli, camerlengo, e sindici; si prescrive la maniera di fare questa elezione, l' obbligo che avevano di accettare gli officj, ai quali erano eletti, le pene in caso di rifiuto senza una legittima causa; si ordinò l' erezione della cappella, l' esequie da farsi in ogni anno per li defonti addetti all' università; si ordinò la deputazione d' un avvocato, e d' un procuratore, che dovessero agire nella difesa degli affari risguardanti l' università; si ordinò il pagamento della colletta ossia tassa da pagarsi da tutti gli affidati; si deputò la persona che dovesse ritenere il denaro, che si esigeva dalla colletta ossia tassa; si ordinò l' applicazione della pena parte a beneficio della cappella dell' università, e parte alla camera Capitolina; e finalmente si volle riservata la facoltà di poter variare delli capitoli, o siano statuti ad arbitrio delli consoli pro tempore, con rendersene però intesa la congregazione.

§. 5. A tenore di questi statuti pertanto approvati da legittimi superiori si sono regolati gli affidati per moltissimo tempo; ma siccome hanno riconosciuto per il cangiamento de' tempi, e costumi alcune di queste leggi o capitoli dello statuto non potersi praticare, altre aver bisogno di essere moderate, ed altre variate, onde servendosi delle facoltà accordate a qualunque collegio o università dello statuto di Roma al capitolo quarantatré del libro terzo, ed anche riservate nel capitolo dieciannove delli detti antichi statuti di aggiungere, moderare, e riformare, sono venuti nel sentimento di dover formare altri capitoli, o siano leggi particolari, quali dovessero per l' avvenire inviolabilmente osservarsi dopo d' averne riportato l' approvazione dai legittimi superiori.

De generali-  
bus legibus  
quibus univer-  
sitas regenda  
est ab origine

De necessitate  
reformationis  
veterum statu-  
torum.



Electio deputatorum qui conderent no-  
va statuta.

§. 6. A quest' effetto adunque essendosi tenuta fra il corpo degli affidati una generale congregazione, copia pubblica della quale si inserisce ne' presenti statuti per elegere sette deputati con un legale con tutte le facoltà necessarie, ed opportune per formare di nuovo, e stabilire quelle leggi, che credevano più eque, e giuste, ed adatte, e convenienti alle presenti circostanze per potere in avvenire regolare li di loro interessi, ed essendo stati eletti l'illustrissimo signor cavaliere Giovan Paolo del Cinque primo console nobile, li signori Pasquale Arquati, ed Antonio Perazza altri due consoli, Giuseppe Cruciani camerlengo, Domenico Maggi, Stanislao Tocci, e Giovan Battista Piergentili, invocatosi perciò da questi l'ajuto della santissima Trinità, e della gloriosissima sempre vergine Maria, e di s. Antonio abate nostro avvocato, dopo tenuti congressi, consulti, e maturi esami si sia anche riuscito ridarle al bramato fine con stabilire le seguenti costituzioni da inviolabilmente osservarsi, e queste siano state parimente approvate nella congregazione generale tenuta li ventisei gennaio mille settecento ottanta quattro, dalla quale siasi risoluto doversele ottenere la conferma per la validità ed esecuzione de' medesimi statuti.

### C A P O I.

#### *Della congregazione generale.*

De congrega-  
tione general.

§. 7. Venendo sotto la congregazione generale rappresentato il corpo tutto della nostra università, si statuisce, ed ordina, che questa debba continuarsi a tenere in ogni anno il dì tredici gennajo festa di s. Antonio abate alla Consolazione senza alcuna intimazione, conforme il consueto, ed inveterato stile, potendo alle medesime intervenire tutti quelli, che sono del corpo della nostra università, cioè che sono padronali di masserie, e sono affidati nella dogana del Patrimonio. In questa congregazione generale adunque si verrà all' elezione de' capi nazionali, o siano deputati delle rispettive nazioni, e degli ufficiali, cioè dei consoli, camerlengo, e sindaci, e delli tredici, che dovranno comporre la congregazione segreta, come si dirà in appresso; quale elezione debba farsi per bussolo, e l' elezione succeda in persona di quelli, che avranno la pluralità de' voti.

§. 8. Occorrendo poi di doversi risolvere nella suddetta congregazione generale altro affare appartenente alla nostra università, dopo che sarà questo proposto possa parimente farsene la risoluzione per bussolo con attendersi sempre la pluralità de' voti circa alla risoluzione, che sarà per prendersi, quale debba stendersi dal segretario della nostra università nel solito libro, dove si registrano le congregazioni.

De modo procedendi in resolutionibus capiendis.

§. 9. Oltre questa congregazione generale fissata già in ogni anno per il giorno di s. Antonio abate, se occorrerà di doversi fare altra congregazione generale entro il decorso dell'anno per urgenza, e bisogno della nostra università, si statuisce, ed ordina, che sia in arbitrio de' consoli di destinarsene; con questo però, che se ne debba fare l'intimazione preventiva dal mandataro dell'università non solo a tutti quelli, che compongono la congregazione segreta, ma ancora alli capi nazionali, o deputati delle nazioni, e ad altri che dimorano in Roma, o che vi hanno il loro domicilio, e di quello che sarà per risolversi se ne debba attendere la pluralità de'voti, e registrarsene la risoluzione nel solito libro, come si è preventivamente disposto.

De intimazione premitenda per extraordinariis congregationibus generalibus.

### CAPO II.

#### *Della congregazione segreta*

§. 10. Non essendovi cosa più utile insieme, e necessaria, quanto che gli ufficiali spesse volte si adunino fra loro per deliberare, e consultare sopra gli affari occorrenti; a quest'effetto pertanto si prescrive, e si stabilisce la congregazione segreta, quale verrà composta dalli consoli pro tempore, dal camerlengo, e dalli tredici, quale dovrà tenersi ogni mese a riserva dei mesi di giugno, luglio, agosto, settembre, ed ottobre, nei quali la maggior parte degli affidati trovansi assenti da Roma, o in casa de' consoli, o del camerlengo colla preventiva intimazione per il giorno, e luogo, in cui dovrà tenersi, lasciando però ad arbitrio de' medesimi consoli il poterla destinare, anche più d'una volta il mese, quando qualche urgente affare lo richieda, ed anche vedendo essi consoli non essere necessaria, a farsi in ogni mese di quelli stabiliti, sia in di loro arbitrio, e piena facoltà di non intimarla.

De congrega-  
tione secreta.

§. 11. Ad effetto che questa congregazione segreta composta, come si

De requisitis necessariis ad

validitatem  
congregationis

è detto, dei consoli, del camerlengo, e delli tredici sia valida, vogliamo, ed ordiniamo, che per la validità della medesima siano presenti almeno nove fra li suddetti ufficiali, e tredici, e tra questi debba sempre esservi uno de' consoli, altrimenti non si abbia per congregazione, ma per mera consulta.

De triplici in-  
terpellatione  
premittenda-  
ut valida ha-  
beat con-  
gregatio etiam  
sine numero  
suffragiorum.

§. 12. Siccome per altro una tal mancanza di numero prefisso per la validità della congregazione potrebbe farsi succedere ad arte, ed a bella posta, o per qualunque altro motivo, così per evitare ogni disordine vogliamo, che in tal caso mancando il numero stabilito d'intervenire alla congregazione, si debba questa di bel nuovo intimare, e se questa seconda volta sarà mancante il divisato numero, si debba intimare per la terza volta, e se anche con questo terzo intimo non vi fosse il numero di nove, vogliamo, che in questo caso debba attendersi la pluralità de'voti degli interessenti per la validità della congregazione, quantunque li congregati non siano nel numero di nove stabilito di sopra.

Quod statuta  
in legitima  
congregatione  
vni legis ha-  
beant.

§. 13. Tutto quello poi verrà risolto in detta congregazione segreta, tenuta nel modo sopra indicato, colla pluralità de'voti, vogliamo, ed ordiniamo, che si abbia da eseguire, ed osservare da tutti gl' individui dell'università con registrarsene nel solito libro le risoluzioni, che si prenderanno.

### CAPO III.

#### *Dei capi nazionali*

De rectoribus  
nationalibus.

§. 14. Affinchè non abbia a nascere alcuna confusione nell'elezione de'capi nazionali, o deputati, di cui si è parlato nel cap. I., si ordina, che quelli affidati di diversa nazione fuori di quelli di Roma debbano nominare un nazionale delle loro rispettive nazioni, e la nazione debba desumersi o dalla città, o dalla terra, e non da altri piccoli luoghi soggetti alle rispettive città, o terre. In quanto poi agli affidati di Roma, si possano da questi nominare quattro capi nazionali, conforme il solito, e questi capi nazionali, o deputati nella congregazione generale debbano durare per un anno colla facoltà di confermarsi di anno in anno, o di surrogare altri, conforme stimeranno proprio gl'individui della nostra università, e questi capi nazionali, o deputati delle nazioni debbano intinarsi per intervenire a quelle congregazioni

*Bull. Rom. Tom. VII.*

generali, che si giudicheranno di fare secondo le occorrenze per gli affari della nostra università, oltre quella generale fissata per il giorno 17 gennaio di ciascun'anno conforme si è disposto nel suddetto cap. I.

### CAPO IV.

#### *Delli consoli, loro potestà, ed officio*

§. 15. Essendo necessario, che ogni corpo politico venga rappresentato da quelli ufficiali, e ministri, che dal medesimo ceto vengono destinati, si è però disposto di sopra dell'elezione di questi da farsi nella congregazione generale da tenersi nel dì 17 gennajo festa di s. Antonio abate in ogni anno; e siccome tra questi ritengono il primo luogo li consoli, che sono capo, e guida della nostra università, vogliamo perciò ed ordiniamo, che tre debbano essere li consoli da eleggersi. Uno di questi sarà un console nobile, quale avrà la distinzione dagli altri colla denominazione di primo console, e questo potrà eleggersi non ostante, che non ritenga masserie di pecore, essendosi considerata molto utile, e vantaggiosa quest'elezione di un console nobile per accudire agli affari della nostra università in qualunque occorrenza; gli altri due consoli dovranno essere uno biancaro, e l'altro morettaro, cioè uno che ritenga la masseria di pecore bianche, e l'altro di pecore morette, e l'elezione dovrà seguire di anno in anno, ed in tutto, e per tutto, come si dispone nel cap. I.

De officio, et  
potestate con-  
sulum.

§. 16. Sarà cura, e peso de' consoli di difendere in ogni occasione la nostra università, e li suoi interessi col consiglio della nostra congregazione, ed ajuto del nostro procuratore, volendo, che abbiano tutte le facoltà di far tuttociò, che ai medesimi parerà utile, ed espediente a tale effetto, e tutto quello, che faranno per maggior vantaggio, e beneficio della nostra università così in giudizio, come fuori sia ben fatto, ed abbia fermezza, come se fosse fatto dalla congregazione istessa, e da tutta l'università.

De modo quo  
consules pro-  
cedere tenen-  
tur in pertra-  
ctandis nego-  
ciis universi-  
tatis.

### CAPO V.

#### *Del camerlengo, e suo officio*

§. 17. In sequela de'consoli il primario officiale dovrà essere il camerlengo, cura del quale sarà di fare le

De camerario,  
ejusque mu-  
nere.

A a a

spese occorrenti per la nostra università, e riscuotere tutto il denaro spettante, e che è dovuto alla nostra università da tutti gli affidati sì di Roma, che di Viterbo per il pagamento dell'annua colletta, ossia tassa nell'apertura della cassetta, che si farà dal cassiere della dogana del Patrimonio di Roma, come si disporrà in appresso, con stipolarsene di tutto il denaro che verrà consegnato al detto camerlengo il solito istromento dal notaro, o sia segretario della nostra università, e terminato il suo officio dovrà rendere esatto conto della sua amministrazione, sì dell'esatto, che del pagato alli sindici, e consegnare al suo successore quel denaro, che potrà essergli restato in mano.

## CAPO VI.

*De' sindici, e loro officio*

De sindicis,  
eorumque mu-  
nere.

§. 18. È cosa molto ben ragionevole, che tutti quelli, che hanno amministrato rendano conto della loro amministrazione. Essendosi pertanto voluta l'elezione de' due sindici come al cap. I. sarà peso di questi esaminare, e rivedere li conti al camerlengo della nostra università, qualora avrà il medesimo terminato il suo officio, e questi appurati, ed esaminati debbano sottoscrivere dai medesimi sindici, qual dichiarazione avrà luogo di sentenza definitiva, alla quale dovrà starsi senza replica, ed appellazione alcuna, ed in caso nascesse qualche disordine, o disparere fra sindici nell'esaminare, ed approvare li conti del camerlengo, debbano questi in tal caso presentarsi alli consoli, quali nella congregazione delli tredici, o sia segreta debbano risolvere, e decidere nella maniera che sarà di giustizia, affinchè il camerlengo non abbia a ricevere aggravio alcuno, e l'università non debba essere pregiudicata.

## CAPO VII.

*Dell'obbligo degli ufficiali eletti di dover accettar l'officio.*

De acceptatione officiorum ab electis.

§. 19. Ciascuno, che verrà, come sopra, eletto per ufficiale sarà tenuto di accettare la carica, a cui verrà eletto, e quella fedelmente esercitare in servizio di Dio, e poscia per il beneficio della nostra università, e ricusando d'accettarla siano tenuti al pagamento di scudi cinque d'applicarsi in bene-

ficio della nostra università; da qual pena però resteranno esenti qualora alleghino una causa legittima, per cui ricusino d'accettare la carica, e questa dovrà esaminarsi, e riconoscersi dalla congregazione segreta, al cui giudizio dovrà starsi senza alcuna contraddizione.

§. 20. Da qual pena però vogliamo, che siano esenti quegli ufficiali, quali dopo terminato l'anno del loro officio ossia di console, o di camerlengo, o di sindici fossero di nuovo confermati nelli loro rispettivi officj per l'anno susseguente, e questi ricusassero di accettare le cariche già esercitate, poichè in tal caso vogliamo, che resti in piena libertà di essi officiaii o di accettare, o di ricusare la conferma nelli di loro officj.

De excusatione concedenda iis qui pro secunda vice nominantur.

## CAPO VIII.

*Della morte, ed assenza degli ufficiali*

§. 21. In caso di vacanza o per lunga lontananza, o per morte (che Dio non voglia) di qualche ufficiale si stabilisce, ed ordina, che sequendo ciò in persona di qualcheduno delli tre consoli, come sopra eletti, debbano proseguire l'officio gli altri due superstiti; se poi mancassero due delli medesimi, vogliamo, che supplisca per uno di essi il camerlengo; in caso poi mancasse il camerlengo, debba supplire l'officio di questo il secondo console; morendo o mancando alcuno delli due sindici debba supplire il superstite; e mancando ambedue debbano eleggersi li nuovi sindici dalla congregazione delli tredici, ossia segreta.

De obitu officialium.

## CAPO IX.

*Del rispetto, che deve portarsi agli ufficiali.*

§. 22. Rappresentando gli ufficiali il corpo tutto della nostra università, e specialmente li consoli, che sono capo, e guida della medesima, vogliamo pertanto, ed ordiniamo, che alli medesimi, e specialmente alli consoli si debba da ciascuno riverenza, ed ubbidienza nelle adunanze tanto pubbliche, che segrete; si parli in di loro presenza con modestia, e senza usar termini impropri, ed impertinenti, e se alcuno contravenisse o facesse diversamente sia immeritevole di qualunque officio, e venga anche escluso d'intervenire nelle congregazioni tanto gene-

De reverentia officialibus debita.

rali che segrete; così all'incontro li suddetti ufficiali dovranno trattare anche essi colla convenienza li loro subalterni, e procurino di mantenerli in una perfetta pace, ed unione.

## CAPO X.

*Del cappellano*

De cappellano

§. 25. Essendosi fin dal principio della formazione della nostra università eretta una cappella nella venerabile chiesa di santa Maria della Consolazione, e specialmente nell'altare di sant'Antonio abate ad onore, e gloria di Dio, e beneficio comune di tutti gli affidati sì viventi, che defonti, vogliamo, ed ordiniamo, che dalla nostra università si debba continuare a somministrare l'elemosina di un paolo al giorno per la messa quotidiana, che dovrà celebrarsi nella cappella suddetta, o sia altare di sant'Antonio da applicarsi per gli affidati vivi, e defonti. Nel giorno poi della festa di sant'Antonio abate si dovrà far celebrare una messa parata con quella pompa e fasto decente, e conveniente, che crederanno li consoli, e camerlengo pro tempore della nostra università; e l'università non sia tenuta ad altro, se non se di somministrare la cera necessaria all'altare per detta messa parata in conformità in tutto; e per tutto della transazione stipolata tra la suddetta nostra università, ed il venerabile archiospedale della Consolazione il dì 31 agosto 1762 per gli atti del Maccari oggi Sterlich notaro Capitolino, e del detto venerabile archiospedale della santissima Consolazione e del nostro segretario.

## CAPO XI.

*Dell'esequie da farsi per gli affidati defonti.*De exequiis  
faciendis pro  
defunctis.

§. 24. Essendo cosa molto giusta, e ragionevole, che di quest'opera pia abbiano a sentire frutto non solo gli affidati viventi, che defonti, si statuisce, ed ordina, che la prima settimana dopo la festa di s. Antonio abate nel mese di gennaio, in un giorno da destinarsi a beneplacito de' consoli, e camerlengo della nostra università, si debba far celebrare per l'anima delli defonti affidati un'esequie con messa parata di requie secondo lo stile prati-

cato da molti anni a questa parte, ed in conformità della suddetta transazione.

## CAPO XII.

*Del procuratore*

§. 25. Convenendo alla nostra università esser difesa nelle sue ragioni, <sup>De-procurato-  
re.</sup> ad in tutti li casi, che possono occorrere tanto per farsi rendere giustizia, che per impedire, e cautelarsi dalle molestie, che non di rado vengono suscitate, e specialmente circa gli aggravj, e pregiudizi, che vengono causati agli affidati, che compongono la nostra università contro la forma de' privilegi, che da' sommi pontefici sono stati conceduti ad essi affidati; ordiniamo pertanto, che sempre si tenga stipendiato un legale di sperimentata dottrina, e pratica da eleggersi nella congregazione generale, ed in caso di discrepanza nella congregazione segreta, o sia delli tredici con quell'annuo stipendio, o sia annua provizione, che si giudicherà dalla suddetta congregazione, e sarà peso, e cura del medesimo procuratore di difendere con tutta diligenza, ed attenzione le cause della suddetta università, ed eseguire gli ordini, ed incombenze, che gli verranno date, o sia dalla congregazione generale, o sia dalla segreta, e nelle occorrenze si dia al medesimo anche l'ajuto dell'avvocato, conforme stimeranno più vantaggioso li consoli, e la congregazione segreta.

## CAPO XIII.

*Del notaro, o sia segretario.*

§. 26. Stabiliamo, che la nostra università abbia il suo notaro particolare, o sia segretario, e questo dovrà eleggersi dalla congregazione generale con assegnargli quello stipendio annuo che giudicherà proprio la suddetta congregazione. Dovrà questo intervenire alle congregazioni tanto generali quanto segrete, o sia dei tredici, e sarà sua cura, ed incombenza di registrare nel solito libro le risoluzioni, che si prenderanno nelle congregazioni; ed occorrendo all'università di averne delle dette risoluzioni o copia semplice, o copia autentica, dovrà il medesimo darle senza poter prendere emolumento alcuno: non potendo poi intervenire personalmente dovrà farlo per mez-

zo del suo sostituto, o altro giovane pratico.

#### CAPO XIV.

##### *Del mandataro*

*De missore.*

§. 27. Siccome per intimare le congregazioni tanto generali, quanto segrete, che si terranno dalla nostra università è necessario di avere un mandataro, che possa a ciò supplire; stabiliamo perciò, che venga scelto un mandataro Capitolino ad arbitrio della congregazione segreta, con assegnargli quell' annuo emolumento, che si crederà proprio, e doveroso; ed obbligo preciso di esso mandataro sarà d' intimare non meno le congregazioni generali, quanto le segrete, o sia dei tredici, e tutti quelli che dovranno intervenire alle suddette congregazioni a tenore degli ordini, che se gli daranno dalli consoli.

#### CAPO XV.

##### *Della colletta, o sia tassa.*

*De taxa a congregatis solvenda.*

§. 28. La necessità di supplire alle spese occorrenti per servizio della nostra università, alle quali contribuire debbano tutti gl' individui della medesima fece sì, che sino dalla sua erezione fosse stabilita la tassa di un paulo per ogni centinaro di bestie minute, ed a proporzione dalle dieci sino alle cento, e dalle dieci in giù niente da pagarsi da tutti gli affidati; e quantunque alcuni affidati della dogana di Viterbo ricusassero anni sono di pagare la detta tassa, nondimeno vi furono poscia obbligati con sentenza di monsignor tesoriere emanata li ventiquattro agosto mille settecento cinquattuno, e passata in regiudicata; sebbene in una particolar congregazione della nostra università fosse accordata ai medesimi la minorazione di detta tassa in ragione di giulj cinque per ogni migliajo di bestie minute, e così di un grosso per ogni centinaro ed a proporzione dalle dieci sino alle cento, e dalle dieci in giù niente; coll' obbligo però di accrescerla a proporzione in qualunque occorrenza della medesima università. Vogliamo, ed ordiniamo, che la suddetta tassa nel modo suddetto da tutti gli affidati si presentati, che futuri si debba onninamente pagare in mano del rispettivo cassiere della dogana del Patrimonio di Roma, o di Viterbo nell'

atto, che prendono in dogana la bolletta del passo, o in altro tempo, che paresse più proprio alla congregazione della nostra università, o in mano del camerlengo, o di altra persona che si giudicasse propria di esigere tali tasse tanto in Roma, quanto in Viterbo coll' assegnamento d' un onesta ricognizione ad arbitrio della congregazione o generale, o segreta. Rispetto poi agli affidati di Roma che non sono soggetti a prendere la bolletta dal cassiere della dogana del Patrimonio per motivo, che non sanno condurre le loro masserie fuori della stanga, vogliamo, ed ordiniamo, che dai medesimi si paghi la tassa in mano del camerlengo, o di altra persona da deputarsi ad arbitrio della congregazione o generale, o segreta come sopra, e contro li debitori morosi, che o non pagassero, intieramente, come anche contro quelli debitori per le tasse arretrate degli anni scorsi si debba procedere per l'esazione di detta tassa manu regia, et more camerale senza strepito, e figura di giudizio.

#### CAPO XVI.

##### *Dell'osservanza degli statuti, e delle risoluzioni della congregazione.*

§. 29. Essendo li presenti statuti diretti al buon regolamento degli interessi della nostra università sì in genere, che in specie, e tutto ciò, che risolvesi nelle congregazioni tende sempre al maggior vantaggio, ed utilità di tutti; quindi vogliamo, ed ordiniamo che da tutti e singoli affidati debbano sempre esattamente osservarsi li presenti statuti, ed altresì osservarsi tutte le risoluzioni, che si prenderanno dalla congregazione della nostra università intorno agli affari, ed interessi comuni della medesima università. E qualora si trovassero alcuni mancanti all' osservanza delli nostri statuti e delle risoluzioni prese dalla congregazione, sia in facoltà della congregazione generale dichiararli esclusi dall' intervenire alle congregazioni o in perpetuo, o ad tempus, come meglio crederà cspediente.

*De observantia statutorum et resolutionum congregationis.*

## CAPO XVII.

*Che ne' casi non previsti debbasi stare allo statuto di Roma.*

De casibus non previsis.

§. 30. In tutti quelli casi, nei quali nei presenti statuti non si è particolarmente provisto stabiliamo, che si proceda da simile a simile, e dove affatto non se ne fa menzione si proceda secondo l'ordine, e forma prescritta dalli statuti di Roma, e dove finalmente detti statuti non dassettero regolamento si debba procedere secondo la disposizione di ragione.

## CAPO XVIII.

*Del modo di derogare, ed aumentare li presenti statuti.*

D- variatione statutorum.

§. 31. Le variazioni de' tempi, e futuri accidenti sogliono apportare necessariamente mutazione de' costumi; onde occorrendo urgentissima necessità a favore, ed in beneficio della nostra università ad alcuno benchè minimo capitolo de' presenti statuti, o farne di nuovo, ovvero in qualsivoglia modo aggiungere, e dichiarare, supplire, ed alterarsi, statuimo, ed ordiniamo, che non si possa fare, se prima non sarà vinto il partito sopra tal atto in due congregazioni segrete dalli due terzi de' voti in essa presenti; e poi sia vinto ancora un tal partito in una congregazione generale parimente da due terzi de' voti in essa presenti, ed in questa forma, e non altrimenti si possano alterare detti presenti statuti in tutto, o in parte, con rogarsi il nostro notaro di detta alterazione, e precise parole, e capitoli, che saranno stabiliti dalle dette congregazioni, e predetti statuti, servato però in tutti i suddetti casi quanto si prescrive dallo statuto di Roma al libro III. capo XIII.

Confirmatio apostolica.

§. 32. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes statuta hujusmodi, quo firmius subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocínio commuiri summopere desiderent. Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et abso-

lutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati præiosesta statuta auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmatis robur adiciamus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

Clausulæ salutaris, et irritantes.

§. 33. Decernentes easdem præsentibus literas, et statuta præinserta semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque et non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 34. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit dictæ urbis, et universitatis hujusmodi, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die undecima martii millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

DXL.

Dat. Romæ  
 11. martii  
 1785  
 anno XI.

Statuitur, ut exceptis diebus in quibus jejunium servare ex suis constitutionibus tenentur cibus, quibus omnes in Ecclesia fideles utuntur, clerici congregationis ss. Crucis, et Passionis vesci possint, atque in dictis diebus ovis, et lacticiniis uti valeant.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Ratio concessionis.

§. 1. **P**ost constitutionem Nostram, quæ incipit » Præclara virtutum exempla » decimo septimo kalendas octobris anni MDCCLXXV. datam, in qua institutum, ac regulas dilectorum filiorum Nostrorum clericorum exalceatorum congregationis sanctissimæ Crucis, et Passionis Domini Nostri Jesu Christi apostolica auctoritate confirmavimus, dilecti filii ejusdem congregationis clerici in capitulo generali mense aprili anni proxime præteriti habito, rationem investigare voluerunt, propter quam fieret, ut sua congregatio non augeatur illo idoneorum religiosorum numero, ut per eos novæ possint fundari, quæ variis expetuntur in locis suorum, ut vocant, recessuum domus, imo non pauci ex suis operariis morbos contrahant, ac demum viridi adhuc ætate nonnulli occumbant, et juvenum multi, qui studii dant operam, ob male affectam valetudinem relicta congregatione ad sæculum revertantur; quorum infaustis deterriti casibus, alii, qui hujusmodi institutum inire cuperent, facile ab illo capessendo dimoventur. Tam illi hisce perpensis ipsa aliquot annorum experientia jam edocti, hanc horum omnium deprehenderunt esse causam, nimirum quod diebus per suas regulas præscriptis plerumque desint sibi salubres pisces, sitque etiam ovorum, et lacticiniorum magna multis per annum mensibus penuria; proptereaque crebro iis uti cogantur cibus, qui valetudini plurimum, tuendisque viribus adversentur. Cum de hac causa minime illi dubitandum esse agnovissent, necessarium tunc sibi capiendum esse consilium judicarunt, ut hanc rerum suarum statum apostolicæ Sedi referrent; habebant enim præ oculis, quæ illa nostra præscribit constitutio, ut siquæ decursu temporis immutanda, resecanda, addenda, experientia suadente, vi-

derentur, ad apostolicam Sedem relatio fieri deberet.

§. 2. Nos harum rerum momenta cognoscentes, valdeque cupientes, ut religiosorum in hac congregatione numerus excrescat, in qua plurima vigent exempla christianarum virtutum, ac ejusmodi operum, unde multa in Christifidelium animas emolumenta derivantur; maturo consilio in eam devenimus mentem non solum ferendum non esse, ut vix exortus tam utilis clericorum cætus imminuatur statim, ac pereat, verum etiam, ut ejusdem tam laudabilis actionum, laborumque cursus, ullo impedimento possit intercepti. Itaque moderandam esse censes illam regularum circa ciborum genera præscriptionem, per hasce Nostras in forma Brevis literas, apostolica auctoritate volumus, ac decernimus, ut exceptis diebus illis, in quibus præscriptum a suis regulis jejunium servare tenentur, cæteris per hebdomadam diebus iis vesci cibus liceat, quibus omnes in Ecclesia fideles communiter vescuntur: nec nos ut etiam ipsis jejuniorum regularium diebus (semper exceptis ab Ecclesia omnibus fidelibus præscriptis jejniis) uti possint et valeant ovis, et lacticiniis. Cum autem ex eisdem regulis a Nobis, ut supra confirmatis, nocturnas vigilias in divino officio, ac aliis specialibus exercitiis persolvendis ad plures horas per maximam anni partem produci cognoverimus, ne dandum necessariis studiis tempus deesse possit per easdem Nostras præsentis literas volumus, statüimus, atque sancimus, ut nunquam per annum nocturnus chorus plusquam ad horam cum dimidio protrahatur.

§. 3. Quæ omnia firma, ac rata esse ita volumus, ut nihil quod in contrarium faciat unquam obstare queat. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xi. martii MDCCLXXXV. pontificatus Nostri anno undecimo.

Tenor concessionis.

Derogatio contrariorum.

Dat. Romæ  
13. martii  
1785  
anno XI.

DXLI.

## Erectio sedis Tarnoviensis

Pius episcopus  
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. **I**n suprema beati Petri cathedra meritis licet imparibus divina dispositione locati ad agrum, gregemque Dominicum Nostræ sollicitudini commissum provida mentis acie intendentes, congruum, et proficuum arbitramur in partibus illis, in quibus multiplicatis cultoribus uberiores agri fertilitatem, et abundantiores gregis propagationem profuturas dignoscimus, sedulam opem, et operam Nostram libentissime impertiri, præsertim vero illustrium, et de orthodoxa fide optime meritorum piis id efflagitantibus votis novas infra regnorum suorum, et ditionum fines episcopales sedes, et cathedrales ecclesias de novo erigere, et instituire non ambigimus, ut partes ipsæ per novas erectiones, institutionis hujusmodi præstantioribus titulis decorare toto terrarum orbe celebriores efficiantur, et novus inde universali Ecclesiæ decus, et honor accedat, ac novi præsules ipsis sedibus, et ecclesiis deputati, tamquam pastoris gregis, et agri cultoris assiduam, et vigilem præbere valeant custodiam, et culturam; populique eorum curæ commissi, tamquam ager Dominicus, et gêx per illorum fructuosa ministeria ampliora in spiritualibus, et temporalibus suscipere possint incrementa.

Ad postulatio-  
nem imperato-  
ris nova ere-  
ctio perficitur.

§. 2. Cum itaque alias dilectus filius Noster Franciscus tituli sanctorum Nærei, et Achillei Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis de Hartzau de Hartzas nuncupatus charissimi in Christo filii Nostri Josephi secundi Romanorum, Bohemiæ, et Hungariæ regis apostolici in imperatorem electi apud Nos, et Sedem apostolicam administer plenipotentiaris ejusdem Josephi regis, et imperatoris nomine Nobis exposuerit, quod dictus Josephus rex, et imperator ad agenda, utiliusque ordinanda spiritualia populorum sibi concreditorum subsidia plurimum cupiebat, ut in parte illa, quæ in regnis Galiciæ, et Lodomeriæ comprehenditur, et in diœcesi Cracoviensi consistit, jam ab eadem diœcesi Cracoviensi dismembrata vigore instrumenti cessionis, et

concordiæ inter venerabilem fratrem Nostrum modernum archiepiscopum, Gnesnensem, utpote ecclesiæ Cracoviensis administratorem una cum dilectis filiis modernis capitulo, et canonicis ecclesiæ prædictæ ex una, et dilectum filium plenipotentiarium gubernii Cæsarei Leopoliensis ex altera partibus confecti, et a Nobis per decretum congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfate cardinalium rebus consistorialibus præpositæ sub datum diei quintæ mensis septembris anni Domini proxime præteriti approbati, et in ea existente civitate, nempe Tarnoviensi, prævia illius decoratione civitatis episcopalis titulo, et honore nova Sedes episcopalis institueretur, et infrascripta inibi existens collegiata ecclesia, prævia similiter illius collegialitatis status, et essentiæ, nec non dignitatum, et canonicatum in ea ad præsens existentium titularum collativorum respective, ut infra perpetua suppressione, et extinctione in cathedralem ecclesiam, etiam perpetuo, ut infra erigeretur, ceteraque alia infrascripta per Nos fierent.

§. 3. Nos tam pia dicti Josephi regis, et imperatoris vota obsecundare intendentes, omnibus hisce mature perpensis, dilecto etiam filio Nostro, et Sedis apostolicæ nuncio in civitate Viennensi Austriæ commoranti, successive vigore ejusdem decreti, a Nobis ut præfertur approbati, ut ipse nuncius causis dictarum institutionis, et erectionis illarumque necessitate, et utilitate rite consideratis de illis juxta instructiones in eodem decreto contentas inde referret apostolica auctoritate commisimus. Cumque postmodum ex processu desuper confecto, et a nuncio prædicto ad urbem transmissio, acceperimus, quod ex hujusmodi institutione, et erectione si fierent, quam maximum animarum salutis in prædicta civitate Tarnoviensi, ac parte suprascripta habitatorum, et religionis incrementum sit profecturum, nec non quod ad tantum opus feliciter perficiendum, accedentes quoque prædictus archiepiscopus, utpote dictæ ecclesiæ Cracoviensis administrator, ac prædicti capitulum, et canonici, ut ab episcopali, et prædicta eorum diœcesi Cracoviensi pars illa, quæ in regnis Galiciæ, et Lodomeriæ prædictarum comprehenditur, atque in prædicta Cracoviensi diœcesi consistit, ac infra ejus limites comprehensi decanatus, et parœciæ infra expositi, et expositæ effe-

Processus elaboratus a nuncio apostolico pro nova canonica erectione.



ctum perpetuo, ut infra dismembrentur respective consenserunt, illisque desuper non tam liberi, quam libenter respective cesserunt.

§. 4. Hinc Nos ad hoc, ut dicti Josephi regis, et imperatoris laudabilia perillustrium majorum suorum vestigia prosequentis pia desideria ordinata, et adimpleta remaneant, precibusque ipsius Francisci cardinalis, et administri Nobis hac in parte humiliter porrectis benigne annuere volentes, motu Nostro proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine sæcularem, et insignem collegiatam, quæ et parochialis existit ecclesiam Nativitatis beatæ Mariæ virginis in dicta civitate Tarnoviensi existentem, cujus cura animarum dilectorum similiter filiorum parochianorum dictæ collegiatæ ecclesiæ, quæ ut præfertur parochialis existit per vice præpositam, aliosque presbyteros in exercitio prædictæ curæ animarum eidem vice præposito coadjuvantis modo exercetur, illiusque collegialitatis statum, nomen, denominationem, naturam, et essentialiam collegiatæ ecclesiæ, nec non dignitatum, et canonicatum, ac præbendarum in ea ad præsens existentium respective titulos collativos, ita quod ille, et illi ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativæ, et collativi esse desinant, ac de cætero, uti tales in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, seu de illis quovis modo disponi amplius nequeat, et si illas, et illos deinceps ullo unquam tempore conferri, seu impetrari, vel alias de illis quovis modo disponi contigerit, collationes, impetrationes, aliæque dispositiones de illis pro tempore quomodolibet factæ, nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus, vel coloratum titulum possidendi tribuant, apostolica auctoritate prædicta perpetuo supprimimus, et extinguimus, illaque, et illis, sic suppressa, et extincta, ac suppressis, et extinctis civitatem Tarnoviensem prædictam in civitatem episcopalem Tarnoviensem quoque nuncupandam cum omnibus, et singulis signis, insigniis, privilegiis, prærogativis, juribus, exemptionibus, honoribus, et facultatibus, quibus aliæ in Galiciæ, et Lodomeriæ prædictarum regnis consistentes civitates episcopali Sede insignitæ, et earum respective cives utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gau-

dere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum.

§. 5. Prædictam vero collegiatam; et parochialem ecclesiam, sic ut præfertur, suppressam, et extinctam in cathedrali ecclesiam, quæ venerabili etiam fratri nostro moderno, et pro tempore existenti archiepiscopo Leopoliensi suffraganea, eique metropolitico jure subjecta existat sub invocatione ejusdem Nativitatis beatæ Mariæ virginis, quæ etiam parochialis, ut antea existat, et in qua ditorum parochianorum prædictæ collegiatæ, et parochialis ecclesiæ, ut præfertur suppressæ, et extinctæ, et in cathedrali ecclesiam hujusmodi, ut infra erigendæ animarum cura prædicta, ut infra exerceri debeat, et in ea sedem, et dignitatem episcopalem, pro uno deinceps episcopo Tarnoviensi nuncupando, qui eidem ecclesiæ Tarnoviensi, illiusque civitati prædictæ, et diocesi etiam Tarnoviensi ei, ut infra assignandæ præsit abbates, inferiores prælatos, et alios ad synodum convocet, ac omnia, et singula jura, officia, et munia episcopalia habeat, et exercent, cum suis capitulo infrascripto, nec non arca, mensa episcopali, cæterisque pontificalibus signis, insigniis, juribus, jurisdictionibus, facultatibus, præeminentiis, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, et mixtis, quibus reliquæ Galiciæ, et Lodomeriæ regnorum prædictorum episcopalis ecclesiæ earum respective præsules quomodolibet, non tamen titulo oneroso, seu ex privilegio particulari acquisitis singulari utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum eadem apostolica auctoritate perpetuo erigimus etiam, et instituimus.

§. 6. In dicta vero cathedrali ecclesia Tarnoviensi, sic ut præfertur erecta, et instituta unam præposituram, quæ post pontificalem major cum uno canonicatu, et una præbenda pro uno canonico præposito, qui caput capituli dictæ cathedralis ecclesiæ Tarnoviensis, sic ut præfertur erectæ, et institutæ existat, iisque gaudeat præeminentiis, quæ sibi de jure competere possunt, et debent, ac unum diaconatum, qui secunda cum alio pariter canonicatu, et alia præbenda pro alio canonico decano, ac unam custodiam, quæ tertia respective dignitates in dicta cathedrali ecclesia Tarnoviensi, ut præfertur erecta existant cum aliis simi-

Erectio collegiatæ in cathedrali.

Præsumuntur dignitates capituli.

Civitas Tarnoviensis episcopalis declaratur.

liter canonicata, et alia præbenda eisdem dignitatibus respective invicem perpetuo unitis extituras pro alio canonico custode, etiam respective nuncupandis, ac reliquos quatuor canonicatus, totidemque præbendas pro aliis quatuor futuris mere canonicis ejusdem cathedralis ecclesie Tarnoviensis, sic ut præfertur erectæ, et institutæ, qui una cum quatuor vicariis, seu curatis præter nonnullos alios clericos, seu presbyteros eidem cathedrali ecclesie Tarnoviensi, sic ut præfertur erectæ, et institutæ inservientes novum dictæ cathedralis ecclesie, sic ut præfertur erectæ, et institutæ capitulum constituere, et componere, ac quorum unus ex prædictæ cathedralis ecclesie Tarnoviensis, ut præfertur erectæ, et institutæ canonicis una cum quatuor vicariis, seu curatis prædictis curam animarum dictorum parochianorum prædictæ collegiatæ, et parochialis ecclesie, ut præfertur suppressæ, et extinctæ, etiam in cathedralem, quæ etiam parochialis, ut antea existat ecclesiam, ut præfertur erectæ, et institutæ, ut antea exercere respective debeant; quique capitulum, et canonici prædicti in eadem cathedrali ecclesia Tarnoviensi, sic ut præfertur erectæ, et institutæ singulis diebus horas canonicas tam diurnas, quam nocturnas, aliaque divina officia devote, ac cum debita mentis attentione, servataque ecclesiastica disciplina recitare, decantare, et psallere, divinisque officiis, tam diurnis, quam nocturnis hujusmodi interesse, ac alias eidem cathedrali ecclesie Tarnoviensi, sic ut præfertur erectæ, et institutæ laudabiliter deservire teneantur, similiter cum choro, stallo, arca, et sigillo communibus, aliisque signis, et insigniis cathedralibus, ac omnibus, et singulis privilegiis, et prærogativis gaudere possint, et valeant, quibus aliarum ecclesiarum in Galiciæ, et Lodomeriæ regnis prædictis consistentia capitula, et canonici, non tam titulo oneroso, aut ex privilegio particulari, similiter acquisitis gaudere solent, et possunt ad Dei omnipotentis laudem, et gloriam, dictæque beatæ Mariæ virginis honorem, et fidei catholicæ exaltationem apostolica auctoritate prædicta, itidem perpetuo respective quoque erigimus, et instituímus.

§. 6. Volentes, et eadem auctoritate statuentes quod futurus episcopus Tarnoviensis in dicta cathedrali ecclesia, sic ut præfertur, erecta, et instituta unam theologalem, et alteram præ-

*Bull. Rom. Tom. VII.*

nitentiarum respective præbendas ad præscriptum concilii Tridentini erigere, et instituere curet, ejusdem futuri episcopi Tarnoviensis conscientia desuper onerata remanente.

§. 7. Ac insuper, ut prædictæ ecclesie episcopalis Tarnoviensis per Nos, sic ut præfertur erecta diœcesi, nec non clerus, et populus constitui possit pro limite dictæ diœcesis Tarnoviensis partem supradictam, quæ in dictis Galiciæ, et Lodomeriæ regnis consistit, et infra terminos diœcesis Cracoviensis in regno Galiciæ rite huc usque clausa, et comprehensa, ac ab eadem Cracoviensi diœcesi vigore instrumenti prædicti per Nos, ut præfertur approbati, jam dismembrata fuit, et in qua decanatus, et parœciæ infrascriptæ siti, et sitæ reperiuntur videlicet. In decanatu Vitte *Pilsensi*, una Tarnsù, ac alia Lisia Gorà, Wetrzychovice, Zbyttowsha Gora, Plesna, Pimiechou, Brzozowa, Gromnik, Porzba, Piotrkovice, Lekavica, Tuchow, Skrzyszow, Byglice, Lzynwald, Zalas Sowa, Sastrzaha, Sastrzecin, Pilsno, Lesli, Maslowa, Zwiernik, Lubeza, Ivirkow, Iodlowka. In decanatu vero *Rodomysliensi*, una Radomyst, ac alia Greboszaw, Otuinow, Zabno, Oporyszow, Olesno, Boleslaw, Dabrowa, Luszovice, Radgoszez, Zdzarzec, Slupice, Szezucin, Wadowice, Zgursho, Borava, Xiaznice, Przeclaw, Zassou, ac reliqua Czermin. In decanatu *Ropczycensi*, una Noeslowa, ac alia Mala, Dæbica, Wielopolw, Laczhi, Gumniska, Brzezyny, Siedliska, Pstragowa, Pora, Ropezyce, Lubzina, Zawada, Brzeznicza, Dobrhow, Michocin, Widovies, Trzesn, Porzyce, Wrzawes, Pniow, Radomysl, Zaleszany, Turbia, Pysznica. In decanatu *Rudnicensi*, una Gorno, ac alia Ierzowa, Racławice, Rudnik, Læfounia, Bieliny, Ulanow, Præbow, Rozwadow, Plogow, Morowla, Sedziszow, Trzciana, Zglobien, Przeurotne, Ranizow, Mayclan, Dzikovice. In decanatu *Debovicensi* una Neozmigrod, ac alia Vetero Zmigrod, Nienaszow, Kobylany, Osiek, Wietrzna, Dulha, Samohleshi, Debovice, Lezyny, Zalære, Ciehlin, Osobnica, Zrezin, Lubienko, Iedlicze. In decanatu *Jaslensi* una Iaslo, ac alia Warzice, Rebnice, Tarnovice, Suitæcany, Serziny, Olpyny, Binarowa, Slawæcin, Crciennica, Czermina, Rzziennik, Baczal, Stolaxzice, Biezclziedra, Lubla, Rozembarst. In decanatu vero *Becensi* una Biecz, ac alia Zbroovice, Srafowa, Polna, Kobylanska, Libusza, Luzna,

Constituatur  
territorium  
novæ mensæ.

B b b

Moszorenica, Zagorzany, Gorlice, Szymbarsl, Sekowa, Ropa, Turza, Stazhowska, Lipinski, Harhlowa, Trysitasl, Crudecz, Polomia, Niebylec, Struysrow, Læsli, Laczhi, Dobrzechow, Niewodna, Brzostek, ac alia Gogolow, Iodlowa, Lutza, Perzeczycza Bezesha, Klecie. In decanatu vero *Sandecensi*, una Neosandecz, ac alia Wieloglowes; Mysthow, Zelezni Kowa, Nawoiowa, Biegunice, Kamienka, Limanowa, Mecina, Pisarzowa, Chomranice, Ujannovice, Iahubbovice, Tegoberza, ac reliqua Zbyzyce. In decanatu *Bobovicensi* una Bobowa, ac alia Lipnica, Mogilno, Lorzenna, Sluzlowa, Grybow, Ptaszhowa, Podola, Roznow, Torpie, Iastrzebia, Brusnik, Cierhovice Wilezyska, ac reliqua Siedlece. In decanatu *Loncensi*, una Saczho, ac alia Slamienina, Przyszowa, Iazowshe, Czarnypotoil, Podegradzie, Vetero Sandecz, Piuniczna, Mczyzna, Dylicz, Barczyce, ac reliqua Luhowice. In decanatu *Neoforiensi* una Nowis Targ, ac alia Sraflary, Kihosrowa, Kamniennica, Maniovy Krcscienslo, Tylmagwa, Ocholniew, Harkowa, Osbrowslo, Bialha, Gudzimien, Czarnydenayec, ac reliqua Chocholow. In decanatu *Tymbargensi*, una Tymbarg, ac alia Nappice Olpowka Niedzuiedzsew, Poreba, Mszana, Dobra, Wilhovishv, Skrzydlina, Gososina, Mon. S. Joannis, Schik, ac reliqua Riibie. In decanatu *Scepusiensi* una Gnezda, ac alia Vetrolubla, Hobgard, Neolubla, Ruzbach inferior, Ruzbac superior, ac reliqua Podolinum. In decanatu *Mysledicensi*, una Mylenice, ac alia Spythowice, Jordanow, Læbownia, Rabha, Raba superior, Lubien, Peim, Sulhowice, Trzebania, Harbubowiw, Lanckorona, Szdebnik, Krzywaczsla, ac reliqua Iawornik. In decanatu *Scovinensi* una Skawina, ac alia Pobierd, Herzecin, Radzieszowshawola, Radzieszow, Tynice, Gay, Mogielany, Glogazow, Zebrydovice, Leneze, Przytkowice, Mareyporaba, Barwald, Stryszow, ac reliqua Kecza. In decanatu *Vadovicensi* una Wadovice, ac alia Witanovice, Tlaczan, Ryezow, Woznihi, Spythowice, Palowice, Zather, Hralyszzyw, Trydrychovice, Choczniã, Inwald, Wieprz, Indrichow, Gieraltowice, Glabowice, Piotrowice, Polanka, Przeciszow, ac reliqua Radocza. In decanatu *Oswiecimensi* una Oswiecim, Wlosienozia, Porebamagna, Grojce, Osiek, Javiszowice, Bestina, Dankowice, Starawies, Kunmorowice, Lipnik, Czaniec, Zozy, Pisarzowice, Keby, Bielany, Witko-

wice, Nidek, ac reliqua Willamowice. In decanatu *Ziivecensi* una Zzwiec, ac alia Milowka, Radziuhowy, Ciencina, Lodygowice, Rychwald, Ielesnin, Stmien, Sucha, Skzezow, Machow, Sidzina, Skawica, Zembrzyce, ac reliqua Mokarz. In decanatu *Vielyciensi*, una Wieliezha, ac alia Podstolice, Kostowie, Biezanow, Bodranow, Bishupice, Lazany, Niegowice, Brzezic, Niepolemice, Zabiezow, Grabie, Siepraco, Dliekanowice, Zahliezyn, Gdow, Mihluszowice, ac reliqua Ludwinow. In decanatu *Bochnensi*, una Bochnia, ac alia Trzemesna, Drogina, Dobezyce, Wisniowa, Radziechow, Graszow, Tarnawa, Lapanow, Sobolow, Trzciana, Zegocina, Pogwizdow, Lapczyce, Chelm, Krolouka, Raybrak. In decanatu *Brestensi* una Brzesko, ac alia Wisniez antiqua, Chronow, Wisnieznowa, Brzezniã, Lipnica, Woiakowa, Iwkowa, Poreba Spitkonis, Gobrzydowa, Tymowa, Uszew, Gnoynik, Ezchow, Pomoslawice, Zlola, Porebha, Melszyn, Gwozdziec, Jahliezyn, Otszyny, Paleznica. In decanatu *Voynicensi*, una Voinictz, ac alia Radlow, Dembno, Szepanow, Solnaksice, Borzecinec, Strzelce, Jadousihi, Jasien, Rzezawa, Szazurowa, Cerehiew, Ohulice, Wierzychovice, Krzyrganowice, respective nuncupatae, etiam respective existunt apostolica auctoritate praedicta perpetuo, quoque dismembramus, dividimus, et separamus, ac insuper in dicta parte, et in ea respective contentis decanatibus, ac parœciis, sic ut praefertur, respective dismembratis, divisio, et separatis, respective contentos utriusque sexus habitatores, incolas, et personas, tam laicos, quam clericos, presbyteros, beneficiatos, et religiosos quoscumque, non tamen exemptos cujuscumque status, gradus, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria dicti moderni archiepiscopi Gnesnensis, utpote dictae ecclesiae Cracoviensis administratoris hujusmodi, ejusque etiam modernorum ecclesiae Cracoviensis praedictae capituli, et canonicorum praedictorum, cujus et quorum expressus ad id accedit assensus, ac illius, et illorum respective successorum, nec non pro tempore existentis episcopi Cracoviensis jurisdictione, potestate, superioritate, et auctoritate dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo dictae apostolicae potestatis plenitudine pari disjungimus, et eximimus, nec non praedictam civitatem Tarnoviensem in civitatem episcopalem per Nos, ut praefertur ere-

etiam, eandemque partem, et in ea comprehensos, et comprehensas decanatus, et parochias huiusmodi, sic ut præfertur respective dismembratam, ac dismembratas, et a prædicta diœcesi Cracoviensi, etiam respective dismembratam, divisam, et separatam, ac dismembratas, divisas, et separatas, nec non dismembratas, divisas, et separatas, ac omnes, et singulos in eis, respective, ut præfertur, contentos utriusque sexus habitatores, incolas, et personas tam laicos, quam clericos, et presbyteros, ac beneficiatos, et religiosos non tamen exemptos prædictos, ac similiter, ut præfertur disjunctos, et exemptos, novæ ecclesiæ episcopali Tarnoviensi, illiusque futuro, et pro tempore existenti præsuli pro suis civitate, territorio, et diœcesi in quibus semper residere debet, nec non pro suis clero, et populo apostolica auctoritate prædicta, etiam perpetuo concedimus, et assignamus. Ac respective ordinariæ ejusdem pro tempore futuri episcopi Tarnoviensis jurisdictioni, potestati, superioritati, et auctoritati, ita, quod liceat personæ eidem ecclesiæ Tarnoviensi tam nunc a primæva illius erectione, et institutione huiusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutæ in episcopum præficiendæ per se vel alium, seu alios ejus nomine veram, realem, et actualem, ac corporalem possessionem administrationis spiritualis, et omnimodi juris diœcesani in dicta civitate Tarnoviensi in civitatem episcopalem, sic per Nos, ut præfertur, erecta, totaque diœcesi Tarnoviensi, ut præfertur, concessa, et assignata propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere ejusdem moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Gnesnensis, utpote dicte ecclesiæ Cracoviensis administratoris prædicti, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita dicta apostolica auctoritate eidem perpetuo suppominas, atque subicimus.

Dotatio nova mensæ.

§. 8. Et insuper mensæ episcopali ipsius cathedralis ecclesiæ Tarnoviensis per Nos, ut præfertur erectæ, et institutæ pro illius dotatione ad hoc, ut eidem novus, et pro tempore futurus episcopus Tarnoviensis statum suum juxta pontificalis dignitatis exigentiam decentius sustinere valeat annuam summam decemmillium florenorum Rhenensium per dictum Josephum regem et imperatorem illi perpetuo, ut etiam accepimus, constitutam, et ab omni,

Bull. Rom. Tom. VII.

ac quocumque onere prorsus liberam, immunitem, et exemptam, ita ut dictus Josephus rex, et imperator expensis consistorii, illiusque expeditionibus, aliisque liberaliter prospexerit simili apostolica auctoritate pariter perpetuo approbamus, et constituimus. Ipsique novo, et pro tempore futuro episcopo Tarnoviensi, ejusque in dicto episcopatu Tarnoviensi successoribus pro sui, et pro tempore existentis episcopi Tarnoviensis commoda, decentique habitatione ædificium satis commodum et sufficienter instructum in dicta civitate Tarnoviensi situm, et ab eodem Josepho rege, et imperatore jam ad hoc, ut pariter accepimus, designatum perpetuo quoque addicimus et adscribimus.

Dotatio capituli.

§. 9. Ac præterea, ut dignitates, ac canonicatus dicte cathedralis ecclesiæ Tarnoviensis per Nos, ut præfertur, erectæ, et institutæ de congrua etiam, et eorum respective dotatione provideantur, illasque, et illos pro tempore respective obtinentes opera, et obligationes eis respective incumbencia supportare valeant, dicte præposituræ, eique adnexo videlicet unam mille; ac decanatu eique similiter, adnexo aliam aliorum mille; ac custodiæ dignitatibus prædictis, eique pariter, ut præfertur adnexo canonicatibus prædictis, aliam aliorum mille; cuiuslibet vero reliquorum quatuor ex septem canonicatibus, ut supra erectis aliam octingentorum, quorum tamen illi qui simul, et vicarii generalis munere pro tempore fungetur, quique perpetuo de gremio capituli dicte cathedralis ecclesiæ Tarnoviensis per Nos, ut præfertur, erectæ, et institutæ desumi debeat comprehensis suis canonicatu, et præbenda alias respective annuas summas duorum millium florenorum dicte moneræ pro illarum, et illorum respective præbendis similiter a dicto Josepho rege, et imperatore, jam ut pariter accepimus perpetuo constitutas, et assignatas, ac per unumquemque ex dignitates, ac canonicatus, et præbendas, sic erectas, et erectas obtinentibus pro tempore futuris ex liberalitate dicti Josephi regis, et imperatoris annuatim respective percipiendas apostolica auctoritate prædicta perpetuo quoque applicamus et assignamus.

§. 10. Eisdemque futuris, et pro tempore existentibus capitulo, et canonicis dicte cathedralis ecclesiæ Tarnoviensis per Nos, ut præfertur, erectæ, et institutæ, ut ipsi pro ejusdem sic erectæ, et institutæ cathedralis eccle-

Jus condendi statuta capitulo conceditur, cum suis reservationibus, et declarationibus.

sæ, illiusque chori, capituli, rerum, bonorum, et jurium tam spiritualium quam temporalium prospero, felicique regimine, gubernio, et directione, nec non onerum illis incumbentium supportatione, ac divinorum officiorum, processionum, funeralium, anniversariorum, et suffragiorum celebratione, distributionum quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque præsentium, et futurorum exactione, et repartitione, ac perceptione, et divisione, nec non pœnarum per absentes, et divinis officiis prædictis suis loco, et tempore non interessentes, seu onera, et ministeria eis, et eorum cuilibet incumbentia subire negligentes incurrendarum incursu, ac singulorum præsentis, et absentis notandis, et cæremoniis, et ritibus in dicta cathedrali ecclesia Tarnoviensi per Nos ut præfertur erecta, et instituta, illiusque choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus hujusmodi servandis, ac quibusvis aliis rebus in præmissis, et circa præmissa quomodolibet necessariis, et opportunis quæcumque statuta, ordinationes, capitula, et decreta licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini prædicti minime adversantia, et per eundem pro tempore futurum episcopum Tarnoviensem prius examinanda, et approbanda edendi, et edita declarandi, et interpretandi, ac in meliorem formam redigendi, seu alia de novo ex integro condendi eidem tamen sacris canonibus, ac constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini prædicti minime adversantia, et per ipsum episcopum Tarnoviensem, ut præfertur prius examinanda, et approbanda, ac per eos ad quos spectat et pertinet, ac pro tempore spectabit, et pertinebit observanda sub pœnis in contrafacientes statuendis plenam, liberam, et omnimodam facultatem, potestatem, et auctoritatem dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et impartimur.

Jus nominandi episcopum, et canonicos, imperatori reservatur.

§. 11. Ac ulterius eidem Josepho regi, et imperatori, ejusque in regimine dictæ partis successoribus jus nominandi, seu præsentandi Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti infra tempus a jure præfixum ad dictam episcopalem ecclesiam Tarnoviensem per Nos, ut præfertur erectam, et institutam, tam pro hac prima vice, et a primæva illius erectione, et institutione hujusmodi pastoris solatio destitutam, quam deinceps, et quoties

eam pastoris solatio hujusmodi destitui contigerit personam idoneam per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem prædictum ad nominationem, seu præsentationem hujusmodi eidem episcopali ecclesiæ Tarnoviensi in episcopum præficiendam, eodem prorsus modo, quo episcopi aliarum ecclesiarum in prædictis Galiciæ, et Lodomeriæ regnis existentium ad nominationem, seu præsentationem eadem a Sede apostolica præfici consueverunt; eodemque, ac simili modo aliud jus nominandi, seu præsentandi ad dignitates, ac canonicatus, omniaque alia beneficia ecclesiastica in capitulo ipsius cathedralis ecclesiæ Tarnoviensis, sic, ut præfertur, erectæ, et institutæ etiam sic, ut præfertur, erectas, et erecta hujusmodi, tam pariter hac prima vice, et a primæva illarum, et illorum erectione, et institutione per Nos, ut præfertur, factis, vacantes, et vacantia, quam etiam deinceps quoties illas, et illos, ac illa ex personis eas, et eos, ac ea pro tempore respective obtinentibus quovis modo vacare contigerit pari apostolica auctoritate itidem perpetuo reservamus.

§. 12. Decernentes præsentem Nostrum motum proprium, et eandem præsentem semper, et perpetuo validum, et efficacem, et firmum, ac validas, firmas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, et singulis, ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo umquam tempore, ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima, etiam ex eo quod causæ propter quas eadem præsentem emanaverint adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut quovis alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuum mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel de facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, ratione, vel causa, etiam quantumvis justa, ra-

Clausule salutes quibus omne juris remedium submovetur.

tionabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra hujusmodi, et aliis superius expressis nullibi appareret, aut alias probari possit, notari, impugnari, invalidari, retractari, infringi, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illum, et illas restitutionis in integrum, aperi- tionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet, et motu pari, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine similibus concessio, et impetratio, vel emanato quæpiam uti, seu se juvari in iudicio, vel extra illud unquam posse, neque eundem Nostrum motum proprium, ac easdem præsentibus sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quacumque, etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum prædictorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus etiam consistorialiter, et ex quibusvis de causis, et sub quibuscumque verborum tenoribus, expressionibus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam si in eis de eisdem præsentibus, eorumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et imposterum edendas comprehendi; sed semper, et omni tempore ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt toties in pristinum, et validissimum statim restitutum, repositum, ac plenarie reintegratum, ac restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore, et esse.

§. 13. Sicque, et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, ac privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate,

et auctoritate in quocumque iudicio, et in quacumque instantia iudicari, et definiiri debere, irritumque, et inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 14. Non obstantibus quatenus opus sit Nostra, et cancellariæ apostolicæ prædictæ regula de jure quæsito non tollendo, ac Lateranensis concilii novissime celebrati ab ecclesiis membra dividi, et distingui prohibentis, aliisque in contrarium præmissorum, etiam in synodalibus, provincialibus, et generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus pro tempore quomodolibet concessis, et concedendis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata præsentibus inserti forent eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad præmissorum omnium, et singulorum validissimum effectum specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 15. Volumus autem, quod dicta ecclesia episcopalis Tarnoviensis per Nos, ut præfertur, erecta, et instituta juxta redditus prædictos illius mensæ episcopali, etiam, ut præfertur applicatos, et assignatos de more ad florenos auri tercentos septuaginta tres cum uno tertio alterius floreni similis taxari, et hujusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ describi debeat.

§. 16. Nos autem per easdem præsentibus nuncium prædictum in dicta civitate Viennensi Austriæ commoran-

Derogatio derogatoriis.

Mandatum de inscribendis mensæ redditibus in libris cameræ.

Deputatio auctoritatis apostolice.

Clausula sublata, et decretum irritans.

tē, ut præfertur in executionem earundem præsentium, quoad illarum executionem tantum apostolica auctoritate prædicta earundem tenore præsentium deputamus, nec non eidem nuntio facultatem, ut ipse quamcumque personam in ecclesiastica dignitate constitutam in hujusmodi executione subdelegare libere, et licite valeat; eisdemque nuncio, seu personæ prædictæ ab eo, ut præfertur, subdelegandæ facultatem quoque, ut ipse, seu ipsa integram præmissorum observantiam, sub quibusvis sententiis, censuris, et pœnis ecclesiasticis præcipere, ac etiam super quacumque oppositione adversus eadem præmissa quomodolibet oritura, servatis tamen quæ fuerint de iurè servanda definitive pronunciare etiam libere, et licite possit dicta apostolica auctoritate pariter concedimus, et impartimur.

Sanctiæ potestatis.

§. 17. Nōlli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ suppressionis, extinctionis, erectionis institutionis, voluntatis, statuti, dismembrationis, divisionis, separationis, disjunctionis, exemptionis, concessiois, assignationis, suppositionis, subjectionis, approbationis, constitutionis, additionis, adscriptionis, applicationis, assignationis, concessiois, impartitionis, reservationis, decreti, derogationis, deputatiois, alterius facultatis impartitionis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, tertio idus martii, pontificatus Nostri anno undecimo.

DXLII.

Dat. Romæ  
18. martii  
1785  
anno XI.

Concessio indulgentiæ plenariæ assequendæ ab eis, qui occasione capituli generalis ecclesiæ clericorum regularium sancti Pauli Decollati visiterint.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus  
præsentibus literas inspecturis  
Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Cum sicut accepimus, Capitulum generale clericorum regularium congregationis sancti Pauli Decollati Barnabitarum nuncupatorum in ecclesia, seu domo clericorum regularium congregationis hujusmodi civitatis Bononiensis, prope diem, benedicente Domino, celebrandam sit, Nos, ut opus tam pium majori cum fructu fiat, et ad augendum fidelium religionem, animarumque salutem procurandam intenti; omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui prædictam, vel aliquam ex ecclesiis domorum clericorum regularium congregationis hujusmodi ubicumque existentibus dominica tertia post pascha, qua inchoabitur capitulum generale hujusmodi, ac singulis diebus actualis illius celebrationis devote visiterint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Mariæ Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel dumtaxat omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Ratio, et tenor concessiois.

§. 2. Præsentibus post celebrationem dicti capituli generalis minime valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint, utque earundem præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dictæ congregationis munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xviii martii MDGCLXXXV. pontificatus Nostri anno undecimo.

Conditiones  
quibus concessio  
alligatur, et fides  
habenda transumptis.

DXLIII.

Dat. Romæ  
6. aprilis  
1785  
anno XI.

Confirmantur articula pro collegiis Fuccioli, et Umbriæ invicem unitis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

**§. 1.** Postquam Deo placuit Omnipotenti, qui ex summa misericordia et bonitate sua vocat ea, quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt humilitatem Nostram ad universalis Ecclesiæ regimen vocare, ex eo tempore apostolicæ Nostræ providentiæ partes in utilitatem, ac incrementum collegiorum, et seminariorum, in quibus adolescentibus ad religionem, ad pietatem, et ad rempublicam efformantur, bonisque moribus imbuuntur interponere non destitimus usque libenter apostolicæ auctoritatis robur adiicimus, quæ ad eorundem collegiorum, ac seminariorum commoda statuta erant, prout in Domino salubriter expedire conspiciamus.

**§. 2.** Cum itaque in hac alma urbe Nostra iamdiu erecta sint duo collegia, alterum ss. Joannis, et Caroli Fuccioli nuncupatum Tifernatibus, alterum Umbriæ, et Nicetæ Lassi pro civibus Fulginatensibus, Narniensibus, et terræ de Colvalenza Tudertinæ diocesis, quorum primi apud Nos, et hanc sedem dilectus filius Noster Vitalianus S. R. E. presbyter cardinalis Borromæus nuncupatus, et secundi dilectus itidem filius noster Leonardus S. R. E. presbyter cardinalis Antonelli nuncupatus protectores existunt, ac ut facillime adolescentium huiusmodi religioni, bonisque moribus institutioni, et illorum in studiis progressus, nec non eorundem collegiorum rei familiaris accuratiori administrationi consultum esset de horum collegiorum unione diu inter memoratos cardinales protectores deliberatum fuerit, tandem ad unionem huiusmodi perficiendam fuerunt hæc conventa articula tenoris, qui sequitur.

**§. 3.** I. Che non s'intenda con questa unione per verum conto cambiata la volontà, e la disposizione de' fondatori de' suddetti collegj, sì di monsignor Giovanni Antonio Fuccioli, e del suo testamento del 1646. sì di Giovan Carlo Lassi, e del suo testamento del mille seicento ottantatrè, ma restino interamente salve ed illese, le loro

disposizioni, non tanto per la piena esecuzione della loro volontà, quanto anche per la conservazione delle nomine di tutti quelli, che ne hanno il diritto: eccettuate soltanto quelle mutazioni, dichiarazioni, o disposizioni che già vi sono state fatte con autorità pontificia, ed eccettuato parimente tutto ciò, che per l'unione da farsi di questi due collegj, non fosse conciliabile colla volontà de' medesimi fondatori.

**§. 4.** II. Che dopo l'unione non debbansi più considerare questi collegj per due corpi separati, ma si abbiano da riguardare per un collegio solo, e che tra gli alunni non vi sia veruna diversità, o distinzione, ma tutti sieno membri dello stesso corpo governati dai medesimi superiori, colle stesse regole, e con una egual disciplina. Da quelli bensì, che hanno il diritto di nominare, come ancora nella elezione de' luoghi liberi, si debba sempre attendere ai requisiti necessarij, e prescritti dalle rispettive fondazioni senza la prova de' quali non sieno i giovani ricevuti in collegio. Ma ammessi che saranno, debbano rimanere soggetti alle regole, e leggi di tutti gli altri.

**§. 5.** III. Che il nuovo collegio debba denominarsi collegio *Umbro Fuccioli, e Niceta Lassi*, e che debba avere un solo cardinale protettore, il quale debba invigilare per l'esecuzione della volontà de' pii fondatori, per l'amministrazione delle rendite, conservazione de' fondi, educazione de' giovani e tutt'altro che può al governo de' medesimi collegj appartenere; com'è stato sempre praticato per lo passato. E quindi l'eminentissimo signor cardinal Borromeo, a cagione ancora delle frequenti sue abituali indisposizioni, ha volontariamente rinunziata in mano di Sua Santità la protettoria del collegio Fuccioli, supplicandola a rinnirla con quella del collegio dell'Umbria, e di Niceta Lassi, che tiene l'eminentissimo signor cardinal Antonelli.

**§. 6.** IV. Che debbano descriversi tutti i beni dell'uno, e dell'altro collegio, e dichiararsene la provenienza in due separati inventarij, affinché in qualunque tempo si riconosca la derivazione de' beni delle rispettive fondazioni, e inoltre, perchè, o accrescendosi, o diminuendosi per qualunque causa le rendite dell'uno, o dell'altro collegio, debba anche diminuirsi, o

Post unionem unum corpus collegii efformant, cum confusione privilegiorum.

Novum collegium nuncupatur Umbro Fuccioli, et Niceta Lassi.

Præcipitur descriptio honorum unitorum

Præmissura.

Cardinales protectores unionem collegiorum perficiunt ad maiorem utilitatem alumnorum, et leges proponunt servandas post unionem.

Statuitur quod institutorum voluntas servetur etiam in voluta unione collegiorum.



accrescersi rispettivamente il numero de' giovani delle corrispondenti fondazioni.

De segregatio-  
ne administra-  
tionis respecti  
vorum hono-  
rum.

§. 7. V. Saranno anche tenuti separatamente i libri delle rendite di ciaschedun collegio, ad effetto che l'erogazione si dell'uno, che dell'altro si faccia sempre secondo la disposizione de' fondatori, e a vantaggio degli alunni da loro istituiti.

De loco in quo  
novum colle-  
gium erit re-  
cipiendum.

§. 8. VI. Che essendo molto più ampia, meglio situata, e più decente la fabbrica del collegio dell'Umbria, si debba in essa trasportare il collegio Fuccioli, e quivi stabilirsi il nuovo uaito collegio.

De compensa-  
tione præben-  
da ab collegio  
Fuccioli.

§. 9. VII. Che ritraendo il collegio Fuccioli da questa traslazione un notevole vantaggio, non meno pel suo ampio, e più commodo collocamento, ma ancora per l'annuo utile, che può ricavare dall'affitto, o vendita della casa, ove presentemente esiste, perciò si conviene, che dalle annue rendite del collegio Fuccioli si passino ogni anno in profitto del collegio dell'Umbria scudi cento a titolo di compenso di pigione, ed il rimanente della spesa per il mantenimento de' ministri, e salariati, per il vitto degli alunni, e per utensili, e tutt'altro, che può occorrere, si faccia in comune dalle casse d'ambidue i collegj, colla dovuta proporzione però, secondo il numero de' rispettivi alunni d'ambidue le fondazioni; cosicchè essendovi presentemente quattro alunni della fondazione di Gio. Carlo Lassi, e sei di quella di monsignor Gioan. Antonio Fuccioli, quattro parti della spesa vadano a carico della prima, e sei a carico della seconda fondazione, e questa proporzione si osservi anche in avvenire, se si accrescessero, o diminuissero i rispettivi alunni.

De frequenta-  
tione schola-  
rum in colle-  
gio Romano.

§. 10. VIII. Che gli alunni debbano andare alle scuole del Collegio Romano, come sempre hanno fatto per lo passato, e finalmente che l'eminentissimo protettore debba conciliare insieme le regole, che già vi sono dell'uno, e dell'altro collegio per formarne una nuova compilazione adattata alle circostanze, e diretta alla buona educazione della gioventù, secondo la mente de' pii fondatori.

Confirmatio  
apostolica.

§. 11. Cum autem sicut memorati cardinales Nobis subinde exponi fecerunt ipsi articula hujusmodi, quo firmius subsistant apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desiderant; Nos illorum curis,

ac sollicitudinibus; quantum cum Domino possumus adesse cupientes, eorumque votis annuere volentes supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, articula præinserta auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis firmitatis robur adicimus,

§. 12. Decernentes easdem præsentibus literas, ac statuta præinserta semper firma, valida, et efficaciam existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sub-  
lata, et decre-  
tum irritans.

§. 13. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictorum collegiorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die octava aprilis millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

Derogatio con-  
trarium.

DXLIV.

Dat. Romæ  
22 aprilis  
1785  
Anno XI.

Imminutio festorum in abbatiâ; seu loco de Balsain Nullius diœcesis provincie Toletanæ.

Dilecto filio abbati sæculari insignis collegiatae ecclesie sanctissimæ Trinitatis loci de Balsain Nullius diœcesis provincie Toletanæ.

Pius PP. VI.

Dilecte fili.

Salutem, et apostolicam benedictionem

Pœmissum.

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut inquit sanctus Leo magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum, oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in iis, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum; ea propter apostolica hæc sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessitatum inopiam, non sine conscientie angore contemnantur.

Ratio concessionis.

§. 2. Quoniam autem, sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, eidem discretioni tuæ innotuit, quod in abbatiâ hujusmodi, adeo excreverunt calamitates, et angustie propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illius habitatores, incolæque, ac præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, persæpissime cogantur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mechanicis sese addicere pro pane lucrando, et id eo facilius contigit ob excretum dierum festorum numerum; ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos itaque, qui Christifidelibus, quantum cum Domino possumus, salutare remedium potius ad æteram salutem comparandam, et humanam vitam honeste substinendam ad-

hibere, quam per severiorem ecclesiasticæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per præsentem committimus, ut veris existentibus narratis; omnibus utriusque sexus Christifidelibus abbatiæ prædictæ existentibus, ut deinceps exceptis omnibus diebus Dominicis, nec non Natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti sancti Stephani, Circumcisionis, Ephiphaniæ, paschatis Resurrectionis, Pentecostes, et sequenti, ac Corporis Christi, et Ascensionis, sancti Joannis Baptistæ, ac sanctorum Petri, et Pauli, et Jacobi apostolorum, ac commemorationis omnium sanctorum; præterea quinque dicatis beatae Mariæ virginis Immaculatae, scilicet Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non sancti patroni, aut tutelaris cujuslibet loci pro hominibus ejusdem loci dumtaxat festivis diebus, in quibus integræ maneat præcepti obligatio; in reliquis vero festis, sive per hanc sanctam Sedem præceptis, sive per synodales earumdem civitatis, et diœcesis constitutiones, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem quoque auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque, audita missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo prorsus conscientie scrupulo vacare possint auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, ac mandes.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non abbatiæ prædictæ, illorumque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatio concessionum.

gatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima secunda aprilis millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

## DXLV.

Dat. Romæ  
26. aprilis  
1785.  
anno XI.

Facultas magno magistro hospitalis Hierosolymitani confirmandi nonnullas conventiones quoad erectionem novæ linguæ Anglo-Bavaræ.

Dilecto filio magno magistro hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani.

Pius PP. VI.

Dilecte fili  
Salutem, et apostolicam benedictionem

Exponitur  
iustitia, et  
prudentia  
iustitiam  
conventionis.

§. 1. **E**a est rerum humanarum conditio, ut raro contingat plura tam seite prudenterque constitui quin brevi declarari, aut reformari, vel etiam immutari debeant; id sane in nova erectione, et constitutione linguæ Anglo-Bavaræ istius hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani evenisse constat, licet quippe pacta tunc conventa per Nostras literas sub plumbo datas fuerint confirmata, conditionibus tamen tunc dispositis modus aliquis, nunc desideratur conventionem adjecta, quod scilicet capsam administrationis alias conventionem constituta deinceps ab omni rata portione responsionis absoluta sit, ut dignitates, ac præceptores, seu commendatarii, quos vocant majores, a solutione cuiuscumque responsionis pro primo quinquennio jam usque a die festo s. Michaelis archangeli anni MDCCLXXXIII. incæpto eximantur. Ut insuper quin-

quennio hujusmodi elapso dignitates, ac præceptores, seu commendatarii prædicti imposterum responsiones in summa, et quantitate, ac juxta formam in dicta conventionem præscriptam, nulla prius facta detractone quantitativi respondentis annuis reservatis pensionibus favore individuorum suppressæ societatis Jesu omnino persolvere teneantur; ut demum præceptores, seu commendatarii hujusmodi, nedum ad obtinendas præceptorias, seu commendas, ac dignitates hospitalis prædicti, sed ad omnem, et quemcumque effectum capaces haberi, et censeri debeant in omnibus, et per omnia perinde, ac si in dicto primo quinquennio responsiones prædictas persolvissent; quin ærarium hospitalis prædicti ullo unquam tempore pro responsionibus hujusmodi, aut contra captam administrationis, aut contra dignitates, ac præceptores, seu commendatarios prædictos agere possit, aut voleat.

§. 2. Cum autem pro parte dilectissimi in Christo filii Nostri Karoli Theodori ducis Bavaræ S. R. I. principis electoris, et comitis palatini, Nobis nuper humiliter supplicatum fuit, ut has novas pactiones, quas tecum pacisci curat non secus, ac conditiones, quibus alias, ut præfertur, lingua Anglo-Bavara prædicta fuit erecta, auctoritatis Nostræ apostolicæ robore communiri dignaremur. Hinc cum ratio, et æquitas postulent, ut quemadmodum tunc omnia de consensu dilectorum filiorum consilii hospitalis gesta fuerint; sic et nunc non nisi audito consilio nova hæc pacta, illis superaddantur, præsertim cum id ad jura ærarii dicti hospitalis attineat, enim specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, tibi habito prius consensu, et approbatione dicti consilii conventiones, et modificationes prædictas cum memorato Karolo Theodoro principe electore, et comite palatino, ita tamen, ut nisi prævio ejusdem consilii consensu circa ea nihil statuere possis, auctoritate Nostra apostolica perficiendi, absolvendi, et stipulandi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore presentium tribuimus, et impertimur.

Postulatur a-  
postolica con-  
firmatio, quæ  
conceditur.

Omnibus in contrariis scientibus derogatur.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac in aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice demtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 4. Volumus, autem, ut presentium literarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima sexta aprilis millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

Dat. Romæ  
24. maii  
1785.  
anno XI.

DXLVI.

Revocatio juris conferendi beneficia ecclesiastica in statu Avenionensi, et comitatu Venaissino, ac almæ domus Lauretanæ.

Pius PP. VI.

Motu proprio etc.

§. 1. Quum alias felicis recordationis Innocentius pp. XII. prædecessor Noster consuetudinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium ad statum Avenionis, et Venaissini comitatus de latere legatorum abolerit, ac particularem quamdam aliquot ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, et Romanæ curiæ prælatorum congrega-

Enarratio abolitionis consuetudinis cardinalium de latere legatorum Avenionis.

tionem usque ab anno Domini 1693. instituerit, perquam novis tunc edendis regulis, ac ordinationibus status, et comitatus præfati impasterum regi, et gubernari deberent; atque inter cæteras dictæ particularis congregationis resolutiones illa præcipue circa statum Avenionis, et comitatum Venaissinum præfatos sub die 6 mensis februarii ejusdem anni 1693. capta fuerit, qua statuebatur = *Collationem beneficiorum majorum faciendam esse ab illustrissimo vice-legato cum participatione Sanctissimi, quemadmodum prius fiebat cum participatione cardinalis legati* =; et successive, nonnullis exartis difficultatibus super hujusmodi resolutionis interpretatione, in altera coacta congregatione sub die 14 mensis octobris dicti anni clariori distinctione explicata fuerit nempe = *Beneficia, de quibus dominus vice-legatus ante eorum collationem certiorare debet Sanctissimum dominum nostrum, et pro eo sacram congregationem a Sanctitate Sua deputatam super negociis, et rebus legationis Avenionensis, esse omnes dignitates in metropolitana, cathedralibus, et collegiatis ecclesiis, canonicatus earum, dem metropolitane, et cathedralium, necnon trium majorum collegiatarum Avenionis, et cætera beneficia simplicia excedentia valorem ducatorum vigintiquatuor auri de camera, super quibus transmittat notam concurrentium cum suis requisitis, ac significet pensionem super iisdem reservari solitam; quoties tamen in collatione præfatorum intrare posset jus præventionis, licere eidem domino vice-legato illa statim conferre, reservata tamen pensione pro persona nominanda, si super illis reservari consueverit, et de eadem reservatione debere eundem dominum vice-legatum similiter certiore facere Sanctissimum dominum nostrum, et pro eo præfatum congregationem* = Juxta quam dictæ particularis congregationis sanctionem cardinales pro tempore ejusdem congregationis præfecti eorundem beneficiorum vacationes, illorumque respective fructus, ac pensiones super iis imponi solitas, necnon requisita, et nomina concurrentium referre consueverunt Romanis pontificibus, qui, prout æquum in Domino judicabant, de ipsis libere disposuerunt: et licet hujusmodi gratiarum concessionem per datariam Avenionis fieri debuissent, veluti forsitan ab initio factum fuisse arbitramur; nihilominus post aliquod tempus usus exinde invaluit, quod promiscue tam

nis, et erectionis congregationis particularis Avenionensis.

Resolutio dictæ congregationis super collatione beneficiorum Avenionis.

Declaratio dictæ resolutionis.

Cardinales præfecti dictæ congregationis vacationes dictorum beneficiorum Romanis pontificibus referre consueverunt.

ab illa, quam a Nostra hic in urbe per literas apostolicas sub plumbo expedirentur.

Quumque subinde dictus Innocentius prædecessor per suam constitutionem, quæ incipit = *Sacrosancta redemptionis humanæ mysteria* = sub datum apud sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ 1698 nonis augusti pontificatus sui anno octavo editam, inter cætera (officio, dignitate, ac denominatione præfatæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium protectorum sanctæ domus Lauretanæ perpetuo suppressis,) alteram particularem congregationem nonnullorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, dictæque curiæ prælatorum Lauretanam nuncupandam erexerit, illicque negotia sanctæ domus præfatæ, quæ antea per ipsos cardinales protectores expediebantur, commiserit, ac circa beneficiorum præfatæ sanctæ domui annexorum, vel ab ea dependentium collationes statuerit nempe = *Beneficia autem prædicta, et alia quæcumque cum cura, et sine cura sæcularia, et quorumvis ordinum regularia qualitercumque qualificata, et ubique existentia, quæ ad collationem, provisionem, electionem, et quamvis aliam dispositionem præfatæ domus pro tempore protectoris quomodolibet pertinebant, ordinationi, provisioni, et dispositioni Nostræ, et Sedis apostolicæ reservamus*; atque horum quidem beneficiorum collationes (postquam tamen congregatio ipsa Lauretana dictæ congregationi Avenionensi, ut accepimus, unita extitit,) ad relationem dicti cardinalis præfecti juxta præfatam illorum Avenionis usum per datariam apostolicam, ( præter dispositionis beneficiorum manualium, nempe officiarum, vicariarum amovibilium, et similium, quæ per literas patentes dictæ congregationis secretariæ, ) respective expeditæ fuerunt.

Nos igitur, qui inter innumeras immineantes curas pro pastoralis officii Nostri debito, illam propenso, atque studioso amplectimur animo, quæ, præsertim in locis sub temporali Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ditione consistentibus, unusquisque justitiam, et gratias per congrua tribunalia consequi mereatur, motu proprio, non ad aliquis super hoc Nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium, resolutionem dictæ congregationis Avenionensis, illiusque declarationem præfatas, ac

reservationem beneficiorum dictæ sanctæ domui annexorum, seu ab ea dependentium hujusmodi a dicto Innocentio prædecessore factam approbantes, et confirmantes, a præfatis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus ejusdem congregationis præfectis pro tempore existentibus quodcumque jus, seu quancumque facultatem, etiam ex inveterato usu, et antiqua consuetudine, vel alio quovis titulo, aut privilegio acquisitum, seu acquisitam se ingerendi in relationibus vacationum, et collationum beneficiorum status, et comitatus præfatorum, dictæque sanctæ domui annexorum, seu ab ea dependentium perpetuo abdicamus, illudque, seu illam sic abdicatum, seu abdicatum in dilectum filium Nostrum Andream sanctæ Agathæ ad Suburram nuncupatæ ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconum cardinalem Negrone nuncupatum pro-datarium Nostrum, ac in pro tempore existentes datariæ Nostræ datarios, seu pro-datarios motu, scientia, et potestatis plenitudinæ paribus, etiam perpetuo transferimus, illique, et illis private tribuimus, atque impartimur; mandantes propterea, ut posthac modernus, et pro tempore existentes ad statum, et comitatum præfatos vice-legati super collationibus beneficiorum præfatorum a Nobis, et Romanis pontificibus pro tempore existentibus faciendis, non dictam congregationem, ut antea fiebat, sed dictum Andream cardinalem, et pro-datarium, ac pro tempore existentes datarios, seu pro datarios præfatos certiorare debeant; quo vero ad collationem beneficiorum dictæ sanctæ domui annexorum, seu ab ea dependentium hujusmodi, concurrentes ad illa preces cum suis requisitis ( Nobis, et successoribus Nostri Romanis pontificibus referendas ) eidem Andree cardinali, ac pro datario, et pro tempore existentibus datariis, seu pro-datariis prædictis exhibere debeant, ( exceptis tamen beneficiis manualibus, seu amovibilibus præfatis, circa quorum dispositiones nihil innovare intendimus ): quocirca eidem Andree cardinali, ac pro datario motu pari præcipimus, atque injungimus, ut præsentibus Nostri motus proprii literas, et in eis contenta omnia ubi, quando, et quoties opus fuerit solemniter publicari, ac in datariæ Nostræ libris registrari, et per omnes, quos illa concernant, inviolabiliter observari faciat; non obstantibus usu, ac consuetudine, seu privilegio præfatis,

declarationis dictæ congregationis, et reservationis beneficiorum dictæ almæ domus.

Abdicatio juris a dictis cardinalibus præfectis se ingerendi in relationibus vacationum beneficiorum.

Translatio dicti juris in datarios, seu pro-datarios.

Mandatum vice-legati Avenionis, ut vacationes beneficiorum datariis, seu pro-datariis significent.

Concurrentes ad beneficia dictæ almæ domus preces cum requisitis datariis, seu pro-datariis exhibeant.

Exceptio beneficiorum manualium, seu amovibilium, circa quorum dispositiones nihil innovat.

Deputatio iudicis pro publicatione, et observantia præmissorum.

Deregatio contraria.

Alia enarratio suppressionis officii cardinalium protectorum almæ domus Lauretanæ, et erectionis congregationis Lauretanæ.

Reservatio beneficiorum dictæ almæ domus ab Innocentio XII facta.

Beneficia dictæ sanctæ domus etiam ad relationem dictorum cardinalium præfatorum post utriusque congregationis unionem collata fuerunt.

Causa hujus motus proprii.

Confirmatio resolutionis illiusque de.

se; quatenus optus sit, cancellariæ Nostræ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum forsar facientibus, quibus omnibus motu, scientia, et de potestatis plenitudine paribus specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Per præsentem autem non intendimus facultates datariæ Avenionis præfatæ in aliquo immutare, neque immutare, sed illas salvas, et intactas, ac in suo pleno, in quo ad præsens, et juxta observantiam reperiantur, robore volumus permanere: ac præterea etiam volumus, quod sola præsentis schedulæ Nostri motus proprii signatura sufficiat, illique, et illius quoque exemplis, seu transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ sigillo munitis fides adhibeatur ubique in judicio, et extra, regula quacumque contraria non obstante.

Placet J. A.

Datum Romæ apud sanctum Petrum nono kalendas junii anno undecimo.

DXLVII.

Et in ecclesiis fratrum ordinis minimorum sancti Francisci De Paula in regno Majoricæ existentibus singulis sabbathis missa B. M. V. septem Dolorum celebrari possit.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Cum sicut dilecti filii superiores fratrum ordinis sancti Francisci de Paula Minimorum nuncupatorum regni Majoricæ Nobis nuper exponi fecerunt ipsi ad satisfaciendum piæ devotioni, quæ apud populum dicti regni Majoricæ summopere viget erga beatissimam virginem Mariam septem Dolorum, facultatem celebrandi singulis sabbathis in ecclesiis prædictorum ordinis, et regni missam propriam ejusdem beatæ Mariæ virginis septem Dolorum cum

cantu sibi per Nos concedi plurimum desiderent.

§. 2. Nos dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinatis: attenta relatione dilecti filii magistri Julii Mariæ de Somalia congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum secretarii; ut in posterum in ecclesiis prædictorum ordinis, et regni missa propria ejusdem beatæ Mariæ virginis septem Dolorum cum cantu exceptis tamen duplicibus primæ, et secundæ classis, celebrari possit, et valeat facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus.

§. 3. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque superioribus, et fratribus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictorumque ordinis, et regni etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et ex-

Tenor concessionis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

Preservatio facultatum datariæ Avenionis.

Decretum quod sola signatura pontificis sufficiat, et fides adhibeatur transumptis.

Dat. Romæ 3. junii 1785 anno XI.

Tenor precum porrectarum.

presse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis

§. 5. Volumus autem, ut earundem presentium literarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, in iudicio, et extra illud, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia junii millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

Dat. Romæ  
10. junii  
1785  
anno XI.

### DXLVIII.

Confirmatur quædam capitularis resolutio ecclesiæ Leodiensis super cursu studiorum.

Venerabili fratri  
Francisco Constantino episcopo Leodiensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam benedictionem

Proemium.

§. 1. Admonet Nos suscepti cura regiminis universalis Ecclesiæ, ut ea, quæ pro felici Christianifidelium, præsertim vero, eorum, qui in sortem Domini sunt vocati, directione, ut se præbeant, quales ministros Dei esse decet salubriter constituta dignoscantur, quoties id a Nobis petatur, quo serventur exactius, innovamus, et apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio constabiliamus.

Expositio præeam porrectarum a capitulo Leodiensi.

§. 2. Siquidem Nobis nuper exponi fecisti, quod in hac tua ecclesia Leodiensi capitularis viget constitutio auctoritate apostolica confirmata, qua ad obtinendos canonicatus doctorales ejusdem ecclesiæ requiritur, ut candidati in aliqua publica studiorum universitate, vel sacris theologiæ studiis per septem annos, aut juri canonico, vel civili per quinque annos sedulam navarint operam. Quæ tu animo revolvens, tecumque reputans, quod cum adolescentium ætas sit ad mundi voluptates sequendas quam maxime prompta, non raro parentum sollicitudines eludi, vitionemque habitus totos ho-

mines possidere contingat, præsertim cum, ut ad hosce obtinendos canonicatus doctorales idonei fiant, paternam domum, ac familiam deserere coguntur; tunc quippe parentum iugo exili quidquid libet sequi, ingenioque suo immodice indulgere licebit; hinc Ecclesiæ, et reipublicæ maxime utile futurum fore arbitratus es, si præter cathedram sacræ theologiæ, quæ jamdiu Leodii existit, erectis aliis duabus cathedris juris canonici scilicet, et juris civilis istic requisitum ad dictos canonicatus studiorum cursum implere liceret.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat de temperanda capitulari constitutione prædicta cum dilectis filiis decano, et canonicis tuæ cathedralis ecclesiæ egeris, ac ipsi memoratis, aliisque rationum momentis adducti tuæ propositioni libentissime accesserint, in capitulo die xxix mox præteriti aprilis habito solemniter statuerunt, postquam dictæ duæ cathedre juris canonici, et civilis erant Leodii insitutæ, seu erectæ, omnes ii, qui per quinq;ue annos apud easdem cathedras, et per septem annos apud cathedram theologiæ jamdiu, ut præfertur, erectam dictis respective studiis dabunt operam, sint in posterum ad canonicatus doctorales hujusmodi admittendi in omnibus, et per omnia perinde, ac si dictum studiorum cursum in aliqua universitate implevissent, servatis tamen in dicta constitutione dispositis, quoad gradum licentiæ, et modum vacandi studiis, eaque probandi; immo, ut certissimum remedium adhiberetur inductæ consuetudini mittendi filios familias ad universitates adhuc in immatura, ac quasi inepta ætate in dictis studiis proficiendi, canonici, et capitulum prædictum voluerunt, ut qui ad canonicatus doctorales prædictos ex susceptis studiis Leodii se habitare intendunt, nisi post decimum sextum ætatis suæ annum iisdem studiis vacare præsumant, secus vero eos incapaces, ac studiorum cursu Leodij ante dictam ætatem suscepto nullo unquam tempore uti possent, declararunt. Cum itaque, sicut eadem expositio prosequeretur, dictas duas cathedras juris canonici, et juris civilis Leodii erigere decreveris, cumque prima capitularis constitutio, ut præfertur fuerit alias auctoritate apostolica confirmata, quo firmiter secunda subsistat apostolicæ Nostræ auctoritatis patrocinio, eandem capitularem resolutionem commaniri plurimum de-

Expositio necessitas in qua versati sunt canonici temperandi capitularem constitutionem eamque in melius reformandam

Expositio tunc in 2. 12. 1785

sideres; Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur fraternitati tuæ specialem gratiam facere volentes, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, primodictam resolutionem capitularem revocando in ea parte dumtaxat, quæ hisce præsentibus Nostriis literis adversatur, secundo dictam capitularem resolutionem auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 5. Decernentes prædictam capitularem constitutionem, ac easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, primo dictæ capitularis constitutionis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat

specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima junii millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

DIL.

Concessio indulgentiæ plenariæ asseguendæ ab iis, qui die septima julii visitaverint ecclesias fratrum ordinis s. Francisci Cappuccinorum.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus præsentibus literas inspecturis salutem et apostolicam benedictionem.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti; omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis fratrum ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum ubicumque existentibus die septima mensis julii a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus ad septennium tantum valituris.

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xiv. junii MDCCLXXXV. pontificatus Nostri anno undecimo.

Summus pontifex capitularem resolutionem adprobat et apostolica auctoritate confirmat.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

Dat. Romæ  
14. junii  
1785  
anno XI.

Ratio, et tenor concessionis.

Fides habenda transumptis.



DL.

Dat. Romæ  
21. junii  
1785  
(anno XI.)

Confirmatio instrumenti cessionis cu-  
jusdam cappellæ parochialis ecclesiæ  
s. Crucis del Castello diocesis Li-  
sbonensis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Expositio facta

§. 1. **R**ationi congruit, ut ea, quæ  
pie, ac juxta disposita sunt, quoties id  
a Nobis petatur apostolicæ confirmatio-  
nis patrocinio robaremus. Exponi si-  
quidem Nobis nuper fecerunt dilecti  
filii prior, et beneficiati collegiata, et  
parochialis ecclesiæ s. Crucis del Ca-  
stello nuacupatæ civitatis Lisbonensis,  
quod ipsi, qui non sine gravi dispen-  
dio, propriam ecclesiam reedificant  
comprehensa in refectione illius capel-  
la sanctissimi Sacramenti cum suis  
adnexis sacrario, aula vulgo del Di-  
spaccio, attendentes, quod confrater-  
nitas sub titulo ejusdem sanctissimi  
Sacramenti in dicta cappella erecta;  
nonnihil jam ad ejus restorationem  
insumperat, convenerunt, se cappellam,  
sacrarium, aulamque prædictam eidem  
confraternitati donaturos, ita ut ipsa  
proprio ære ea omnia perficeret.

Pro cessione  
cappellæ cele-  
bratum fuit  
instrumentum  
pro cuius ap-  
probatione  
supplices pon-  
tificii missæ  
fuerunt præ-  
ces.

§. 2. Cum autem sicut eadem expo-  
sitiō subjungebat dicta confraternitas oneri  
hujusmodi se obstringere non dubitave-  
rit, unde super cessione, ac donatione,  
et respective obligatione hujusmodi sub  
die viii. februarii anni MDCCLXXXIV.  
fuerit publicum stipulatum instrumen-  
tum cum aliis etiam pactis, et con-  
ditionibus utrimque utilibus; quo in-  
strumentum hujusmodi firmius subsi-  
stat, et servetur exactius, apostolicæ  
confirmationis Nostræ patrocinio com-  
muniari plurimum desiderent.

Tenore aposto-  
licæ confirma-  
tionis.

§. 3. Nos igitur ipsis exponentibus  
specialem gratiam facere volentes, et  
eorum singulares personas a quibusvis  
excommunicationis, suspensionis, et in-  
terdicti, aliisque ecclesiasticis censuris,  
sententiis, et pœnis quovis modo, et  
quacumque de causa latis, si quas for-  
te incurrerint, hujus tantum rei gratia  
absolventes, et absolutos fore censentes,  
supplicationibus eorum nomine Nobis  
humiliter porrectis inclinati memora-  
tum instrumentum auctoritate aposto-  
lica tenore præsentium confirmamus,  
et approbamus, illique inviolabilis fir-  
mitatis robur adiicimus, ac omnes, et  
singulos juris et facti defectus, si qui

desuper quomodolibet intervenerit,  
supplemus.

§. 4. Decernentes instrumentum, Clausula sub-  
lata, et deora-  
tura irritam.  
ac easdem præsentis literas semper  
firmas, validas, et efficaces existere,  
et fore, suosque plenarios, et inte-  
gros effectus sortiri, et obtinere, ac  
illis, ad quos spectat, et pro tempo-  
re quodcumque spectabit plenissime  
suffragari; sicque in præmissis per quos-  
cumque iudices ordinarios, et dele-  
gatos, etiam causarum palatii apostolici  
auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ  
cardinales etiam de latere legatos, et  
sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eo-  
rum cuilibet quavis aliter judicandi, et  
interpretandi facultate, et auctoritate,  
judicari, et definiri debere, ac irri-  
tum, et inane, si secus super his a quo-  
quam quavis auctoritate scienter, vel  
ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trarium.

§. 5. Non obstantibus constitutio-  
nibus, et ordinationibus apostolicis, nec  
non prædictæ collegiatae ecclesiæ, et  
parochialis etiam juramento, confirma-  
tione apostolica, vel quavis firmitate aliâ  
roboratis statutis, et consuetudinibus;  
privilegiis quoque, indultis, et literis apo-  
stolicis superioribus, et personis sub qui-  
buscumque tenoribus, et formis, ac cum  
quibusvis etiam derogatoriarum deroga-  
toriis, aliisque efficacioribus, efficacissi-  
mis, ac insolitis clausulis, irritantibusque,  
et aliis decretis in genere, vel in specie,  
ac aliis in contrarium quomodolibet con-  
cessis, approbatis, et innovatis. Quibus  
omnibus, et singulis illorum tenores præ-  
sentibus pro plene, et sufficienter expres-  
sis, ac de verbo ad verbum insertis ha-  
bentes, illis alias in suo robore perman-  
suris, ad præmissorum effectum hac vice  
dumtaxat specialiter, et expresse deroga-  
mus, cæterisque contrariis quibuscumque.  
Datum Romæ apud sanctum Petrum  
sub annulo piscatoris die vicesima pri-  
ma junii millesimo septingentesimo  
octuagesimo quinto, pontificatus Nostri  
anno undecimo.

DLI.

Dat. Romæ  
5. julii  
1785  
anno XI.

Declaratur à concessionibus fructuum nonnullarum cappelliarum favore hospitalis regii civitatis Lisbonensis alias a sancta Sede factis, intelligi solimmodo debere exceptas illas cappellianas, quæ certas personas respiciunt.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **C**um ad universos Christiani-fideles, qui in charitate conjuncti sunt pertinet super egenos, et pauperes intelligere, ac eorum necessitatibus proviribus providere; tum in primis id Nostræ esse debet sollicitudinis, qui divina miseratione in sublimi loco constituti unde cæteris lumen afferre et exemplo præesse possemus, in iis præsertim consentaneum est, ut paternum animum, curasque intendamus, quæ ad conservandas, augendasque pias domus alendis pauperibus destinatas plurimum conducere in Domino judicamus.

§. 2. Alias siquidem Nobis expositum pro parte tunc existentis provisoris, et confratrum confraternitatis Misericordiæ administratorum regii hospitalis civitatis Lisbonensis, quod felicis recordationis Paulus pp. III. prædecessor Noster per suas literas per officium Pœnitentiariæ apostolicæ xiv. kalendas septembris MDXLVIII. expeditas ex causis in eisdem literis expressis memorato hospitali, ut legata a testatoribus in suis testamentis relicta, nisi tempore in eis expresso, et limitato executioni demandata fuissent, ipsi hospitali eo ipso applicarentur, et per quævis pia opera, quæ in illo fierent, ipsis illis operibus, quæ iidem testatores in suis testamentis exequi mandabant, satisfieri censeretur, quoad civitatem Lisbonensem prædictam dumtaxat, et ejus districtum, concessit, et indulgit, dummodo si quæ certis personis, aut locis relicta fuissent illis omnino persolverentur.

§. 3. Subinde vero cum ex aucto-ritate infirmorum, ac peregrinantium, tum infantium expositorum numero auctæ quoque essent expensæ pro illius sustentatione, quin illius redditus interim aliquod augmentum suscepissent, memorati administratores a felicis item recordationis Clemente pp. VIII. prædecessore Nostro concessionem prædi-

ctam ad universam Lisbonensem diocesium extendi, et ampliari obtinuerunt, prout in dictis Pauli, et Clementis prædecessorum literis uberius continetur, ac Nobis subjuncto quod ipsius hospitalis administratores ex illius redditibus expensis satisfacere non poterant, Nos per alias Nostras in simili forma Brevis die viii julii MDCCLXXIX. expeditas literas memoratam concessionem a prædicto Paulo prædecessore ad civitatem Lisbonensem, et ejus districtum limitatam, et a Clemente itidem prædecessore ad universam Lisbonensem diocesium dumtaxat ampliatam ad omnia regna, insulas, et acquisitionis, regiones, aliaque dominia charissimæ in Christo filix nostræ Mariæ Franciscæ Portugalliæ, et Algarbiorum reginæ fidelissimæ subjecta extendimus, et ampliavimus; ita tamen, ut in locis, et civitatibus, in quibus hospitalia, seu domus Misericordiæ hujusmodi erecta existunt, duæ tantum ex tribus partibus legatorum hujusmodi hospitali prædicto civitatis Lisbonensis applicentur, ita ut reliquæ pars in utilitatem, et commodum ipsorum localium hospitalium cedat, et alias, prout in dictis Pauli, et Clementis prædecessorum, et Nostris uberius continetur.

§. 4. Cum autem, sicut dilecti filii moderni provisor, et confratres administratores memorati regis hospitalis Nobis nuper exponi fecerunt, a duobus usque, et amplius sæculis in prædictarum prædecessorum, et subinde Nostrarum executionem huc usque per sententias pro tempore existentium provisorum nuncupatorum cappelliarum semper applicati fuerint dictæ piæ domui fructus illarum cappelliarum, quarum missæ licet in quacumque ecclesia institutæ celebratæ non fuissent, ac sententiis hujusmodi in rem judicatam transactis earundem cappelliarum administratores quidquid illis impositum fuit persolverint, et persolvere pergant; novissime vero dum applicari vellent eidem piæ domui fructus nonnullarum cappelliarum in ecclesia monachorum s. Hieronymi oppidi civitatis nuncupatæ Belem Lisbonensis diocesis institutarum, utpote non suo tempore satisfactorum ipsi monachi obstiterint ei innixi rationi, quod cappellianæ hujusmodi ex eo quod in eorum ecclesia institutæ, certo sunt institutæ loco, ideoque in enunciatis apostolicis literis non sint comprehensæ, haud animadvertentes, loci certitudinem potius pendere ex designatione unius certi alta-

Exponitur novæ controversiæ status.

Præmium.

Memoratur concessio facta hospitali a Paulo III.

Concessio ampliatæ fuit a Clemente VIII ad totam diocesium Lisbonensem, et abs. pontifice ad universam dominationem regis Hispanici.

ris, ut hactenus semper observatum fuit, secus rarissimæ essent applicationes eidem piæ domui factæ, et imposterum faciendæ, cum ejus gravi detrimento; Nobis propterea dicti exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor declarationis, cui novæ legis auctoritas tribuitur.

§. 5. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus quoque memoratæ Mariæ Franciscæ reginæ inclinati, attentata relatione dilecti etiam filii magistri Philippi Carandini congregationis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini interpretum secretarii, a prædictis Nostris, et prædecessorum Nostrorum literis exceptas tantum intelligi debere illas cappellanias, quæ certas personas respiciunt, vel ad certum, et expressum altare, aut etiam in illis ecclesiis fundatæ existunt, in quibus earundem fundatores sunt sepulti, auctoritate apostolica tenore præsentium expresse declaramus, et quatenus opus sit, de novo statuimus, servata tamen in reliquis earundem literarum forma, et dispositione.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat de præsentem, et in futurum quomodocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus quatenus opus sit, quorumcumque testatorum, qui legata prædicta ordinarunt, etiam voluntate, quam quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, nec non apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis

sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, ac aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die quinta julii millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

DLII.

Dismembratio episcopatus Fabrianensis ab episcopatu Mathilicensi.

Dat. Romæ  
8. julii  
1785  
anno XI.

Pius episcopus  
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Sæpe factum est a prædecessoribus Nostris, ut ex sapienti consilio dividerentur diœceses, quæ longe, lateque paterent, vel conspicuis oppidis coalescerent, vel nimia populorum copia redundarent, novis modo erectis episcopalibus sedibus, modo veteribus ad antiquum illum splendorem, unde temporum injuria exciderant, resitutis, ac redintegratis; quemadmodum liquet ex constitutione Joannis XXII., quæ incipit *Salvator noster extrav. de præbend., et dignit.*, in qua amplam diœcesim Tholosanam in quinque diœceses divisit, ac separavit adsignata eis dote ex redditibus ejusdem Tholosanæ ecclesiæ.

Exponit diœceses nimis amplæ novis erectis sedibus esse dividendas.

§. 2. Hoc ipsum sedulo perpendens fel. record. prædecessor Noster Sixtus V. de Camerinesi episcopatu satis amplo, atque diffuso, dum eidem ecclesiæ Camerinesi præerat Hieronymus de Bobus, oppidum sancti Severini cum suis pagis, et villis a diœcesi Camerinesi, cui suberat, avulsit, in civitatem, et sedem episcopalem erexit cum dote scu-

Exempla præferuntur.

torum mille oblata ab ejusdem novæ civitatis communitate per literas apostolicas diei 26 novembris anni 1586, ac de novo pastore providit die 10 decembris ejusdem anni; nec non ab eadem diœcesi Camerinensi avulsit oppidum Tolentini cum suis villis, illudque in civitatem, et sedem episcopalem erexit cum dote scutorum quatuorcentum a communitate Tolentini constituta, et novum hunc episcopatum Maceratensi episcopatu univit per alias literas apostolicas diei 10 decembris dicti anni 1586.

Erectio ecclesie Fabrianensis.

§. 3. Hujus vestigiis inhærens Benedictus XIII., moderante ecclesiam Camerinensem Cosmate Sylvio Torelio, insignem terram Fabriani cum oppidis, et pagis a Camerinensi episcopatu, cui subjecta erat, abstraxit, eamque in civitatem, et cathedralem ecclesiam instituit, nulla tamen adsignata dote, utpote quia novam hanc ecclesiam eidem ecclesie Camerinensi æque principaliter adjunxit et univit; adjecta conditione, ut erectio, et unio hujusmodi effectum sortiri non posset, nisi communitas Fabriani de proprio domum episcopalem pararet, congruum emolumentum vicario generali adsignaret, et idonea suppellectili ad pontificalia exercenda sacrarium instrueret, necnon necessarios sumptus impenderet pro erectione seminarii juxta decretum editum in consistorio diei 15 novembris 1728., ac literas apostolicas desuper expeditas.

Lites subhorre inter clerum Camerini, et communitatem, ac clerum Fabriani.

§. 4. Ortis hinc dissidiis inter communitatem, ac clerum Camerini, et communitatem, ac clerum Fabriani, congregatio Consistorialis, ad quam rei cognitio ablegata fuit, censuit erectionem præfatam substineri, ac præfigendum esse communitati, et populo Fabrianensi terminum duorum annorum ad docendum de adimplemento conditionum in dictis decreto consistoriali, ac literis apostolicis appositarum, declarando ea jura, quæ ecclesie Camerinensi competere debebant super novam ecclesiam Fabrianensem, sede tam plena, quam vacante, juxta resolutionem diei 18 martii 1732., confirmatam a fel. rec. pontifice Clemente XII.

Visitator apostolicus refert plurimum conserre, quod ecclesie Fabrianensis: suis daretur episcopus.

§. 5. Injunctis conditionibus, cum communitas Fabriani iotra præfinitum tempus parnerit, erectio, et unio præfata executioni demandata, et servata est usque ad hæc nostra tempora, quibus Nos, justis de causis impulsus, pro spirituali, et temporali Fabrianensis civitatis incremento illuc misimus tunc

*Bull. Rom. Tom. VII.*

dilectum filium Nostrum modo venerabilem fratrem Josephum Vinci archiepiscopum Berytensem, uti visitatorem, et commissarium apostolicum, qui mandato sibi munere egregie perfunctus, cum accuratam Nobis exhibuerit relationem de statu ecclesie, et diœcesis Fabrianensis, ac de provisionibus juxta Nostra mandata captis pro augmento reddituum conservatorii expositorum, ac hospitalis infirmorum utriusque sexus, pro erectione orphanotrophii, et publicæ piæ scholæ, ac pro opificiorum, et artium nova instauracione; post maturum rerum omnium examen satis intelleximus summopere expedire, ut suus civitati Fabriani daretur episcopus, qui propria dote instructus continuo, ac vigili studio concredita sibi Domini vineam excoleret, ac tot publicis, piisque operibus conservandis, augendisque operam daret.

§. 6. Quod ut facilius, ac decentius fieri posset, animum convertimus ad contiguam civitatem Mathilicæ, quæ gloria cathedræ episcopalis claruit, et inter cæteros, quos habuit, episcopos, celebres sunt in ecclesiastica historia Equitius, qui concilio Romano anno 487 celebrato interfuit, et Florentinus, qui Vigilium prædecessorem Nostrum Constantinopolim fuit sequutus, et Theodori episcopi Cæsareæ condemnationi subscripsit. Hanc autem ecclesiam mox ob temporum vicissitudines ecclesie Camerinensi subjectam, ad pristinum honorem restituere, eamque utpote finitimam ecclesie Fabrianensi unire, itaut junctæ utriusque facultates congruam novo episcopo sustentationem, citra ullum præjudicium dotis Camerinensis ecclesie, subministrarent, nedum opportunum videbatur, sed æquum etiam, et maxime consentaneum Sedis apostolicæ consuetudini, quæ hujusmodi reintegrationes longe facilius, quam novas erectiones indulget.

Ut id poragi posset civitatem Mathilicæ a Camerinensi dismembrare et Fabrianensi unire constituit.

§. 7. Eo vel magis quia huic reintegrationi viam quodammodo stravit fel. mem. prædecessor Noster Benedictus XIV., dum prærogativas omnes Mathilicæ distincte commemorans, præcipue ob cathedram episcopalem, qua antiquioribus Ecclesie sæculis fuit insignita, eam in primævum civitatis honorem cum omnibus, et singulis privilegiis, et præeminentiis restituit, et quatenus opus sit, in civitatem denuo erexit, ut plenius continetur in literis apostolicis diei 26 septembris anni 1752. Ab hoc vero tempore nihil ei deest eorum, quæ pro reintegratione

Idipsum præcogitavit etiam Benedictus XIV.

ad sedem episcopalem decernenda desiderantur. Extat enim in ea, sicut accepimus, insignis collegiata ecclesia, omnipotenti Deo in honorem beatissimæ Virginis nuncupatæ de Platea, et s. Bartholomæi apostoli dicata, quam ædificii amplitudo, et operis elegantia satis superque commendant, in qua adest archipresbyteralis dignitas, et tredécim canonici, quorum alter pœnitentiaria, alter theologali præbenda gaudet, omnes autem ex apostolica facultate rocchetto, et mozzetta utuntur in muneribus ecclesiæ obeundis, quibus alii adduntur beneficiati, clerici, ac ministri, ejusdem ecclesiæ servitio addicti. Sacra præterea suppellectili, quæ ecclesiæ auget splendorem, atque ornamentum satis instruitur, et pluribus insignitur sanctorum exuviis decenter reconditis, quas inter eminent brachium sancti Hadriani martyris, quem civitas primarium patronum veneratur, et colit.

Loca pia civitatis enumerantur.

§. 8. Duæ in civitate sunt parochiæ septem religiosorum virorum cœnobia, duo virginum asceteria, tria nosocomia, octo piorum hominum sodalitia, mons Pietatis, et plures montes frumentarii.

Describitur illius territorium.

§. 9. Ad territorium vero quod pertinet, illud satis late protenditur ad novemdecim circiter milliaria; et ex pluribus coalescit pagis, ac villis, ubi quatuor adsunt parochiæ, quarum duæ fonte baptismali gaudent. Ager vero est fertilis, et frugum copia abundat, ac florens commercium in eo viget.

Preces episcopi, et cleri Camerinensis ne quid innovaretur.

§. 10. Omnia itaque quum recte convenirent, vix innotuit consilium Nostrum de solvenda unione ecclesiæ Fabrianensis cum ecclesia Camerinensi, et de redintegranda civitate Mathilicæ ad cathedræ honorem, eaque unienda æque principaliter cum ecclesia Fabrianensi, ut statim ven. frater Noster Aloisius modernus episcopus Camerinensis, nomine etiam capituli, cleri, magistratus, et populi ejusdem civitatis preces semel, iterum, et tertio Nobis porrexit, ad hoc ut nihil innovaretur, nisi prævio formali iudicio, quo sperabat fore, ut ei salvus esset antiquus honor proficiscens ab amplitudine jurisdictionis, et salvum capitulo Camerinensi jus eligendi vicarium capitularem etiam pro civitate Fabriani sede vacante, ad formam præfatæ resolutionis diei 18 martii 1732; sed matura habita per Nos ipsos omnium expositorum ratione, supervacaneum visum est in hoc peculiari casu formale iudicium, utpote quod detractis etiam territoriis Fabriani, et Mathili-

cæ, reliqua sunt ecclesiæ Camerine nisi tot oppida, et loca, ut inter ampliores Umbriæ, et Piceni episcopatus recenseri possit.

§. 11. Igitur contentiones omnes præcedentes, ac solum majorem Dei gloriam, et uberius spiritualis boni incrementum præ oculis habentes, non ad alicujus petitionem suggestionemque, sed motu Nostro proprio, ac ex certa Nostra deliberatione, apostolica auctoritate erectionem, et institutionem ecclesiæ Fabrianensis in cathedralem, illiusque subjectionem apostolicæ sedi a fel. record. Benedicto papa XIII. cum assignatione illius diœcesis peractam, cuius integram tenorem præsentibus haberi volumus pro expresso, confirmantes, et innovantes, illius tamen unionem ecclesiæ Camerinensi æque, et principaliter etiam factam, infirmantes, ac dissolventes; ecclesiam ipsam Fabrianensem cum assignata diœcesi a quacumque jurisdictione ordinaria, et delegata Camerinensis episcopi moderni, et pro tempore existentis, et capituli cathedralis ejusdem civitatis tam in spiritualibus, quam in temporalibus tenore præsentium perpetuo abdicamus, sejungimus, et separamus, nec non clerum, et populum civitatis Fabriani, illiusque territorii a solutione quorumvis jurium episcopo, et capitulo præfatis ratione jurisdictionis, et superioritatis debitorum eadem auctoritate perpetuo eximimus, et liberamus.

Erectio cathedralis Fabrianensis, illiusque subjectionis ab ecclesia Camerinensi.

§. 12. Ac pariter motu Nostro proprio, et eadem auctoritate civitatem Mathilicæ, ejusque territorium cum omnibus, et singulis ecclesiis, oratoriis, conventibus regularium, monasteriis, hospitiiis, hospitalibus, piisque locis, atque omnibus pagis, et vicis ab omni, et quacumque præfati, et pro tempore existentis episcopi Camerinensis jurisdictione, tam ordinaria, quam delegata, nec non subjectione, visitatione, correctione, ac ab omni, et quocumque alio jure, tenore præsentium perpetuis futuris temporibus separamus, dismembramus, segregamus; ac dividimus, liberantes clerum, et populum civitatis Mathilicensis, ejusque territorii a solutione quorumvis jurium episcopo præfato ratione jurisdictionis debitorum.

Segregatio ecclesiæ Mathilicensis ab ecclesia Camerinensi.

§. 13. Hisque peractis, ad omnipotentis Dei laudem, et beatissimæ virginis, ac sancti Bartholomæi honorem civitatem prædictam ad episcopalis civitatis gradum redintegramus, et quantum opus sit, de novo erigimus, et

Erectio ecclesiæ, et capituli cathedralis Mathilicensis.

ecclesiam beatissimæ virginis, et sancti Bartholomæi, hactenus collegiatam, sub eadem invocatione in cathedralam erigimus pariter, et instituimus, Sedi apostolicæ immediate subjectam cum omnibus juribus, prærogativis, exemptionibus, et privilegiis, quibus aliæ cathedrales gaudere solent: ita quod archipresbyteratus post pontificalem major, et tredecim canonicatus non amplius collegiatæ, sed cathedralis ecclesiæ Mathilicensis capitulum existant, et constituent, atque in ea archipresbyteratum, et canonicatus, ac præbendas præfatas nunc, et pro tempore obtinentes chori servitium, divina officia, sacrasque functiones persolvere teneantur, cum omnibus, et singulis bonis, fructibus, redditibus, et proventibus, ac emolumentis quibuscumque, eidem mensæ capitulari, singulisque personis usque modo competentibus, supportatis tamen ejusdem mensæ, singularumque præbendarum oneribus, et respective pœnitentiarii, et theologi adimpletis muneribus; declarantes, præfatum archipresbyterum, et canonicos tenore præsentium uti posse etiam insigniis capparum, quibus utitur cathedralis Fabriani.

Assignatio territorii Mathilicensis.

§. 14. Pro diœcesi vero ecclesiæ Mathilicensis adsignamus civitatem ipsam Mathilicæ, nec non integrum ejus territorium cum omnibus, et singulis pagis, et vicis, et in eo contentis parciis, beneficiis, monasteriis, conventibus, clero, personis sæcularibus, et regularibus in ipsa civitate Mathilicensi, et territorio hujusmodi existentibus, et commorantibus, itaut civitas Mathilicensis, et territorium hujusmodi novo, et pro tempore existenti episcopo Mathilicensi subjecta sint, prout hactenus episcopo Camerinensi subjecta fuere: in ipsa autem civitate Mathilicensi, et diœcesi, ut præfertur, præscripta, novus, et pro tempore existens Mathilicensis episcopus omnem episcopalem jurisdictionem sive ordinariam, sive delegatam in personas tam sæculares, quam ecclesiasticas, et regulares, nec non in ecclesias, monasteria, et loca pia quæcumque, prout aliis episcopis competit, libere, et absolute exercere valeat, ac exerceat ad formam tamen decretorum concilii Tridentini, et apostolicarum constitutionum.

Unio ecclesiæ Mathilicensi ecclesiæ Fabrianiensi.

§. 15. Eamdemque ecclesiam Mathilicensem sic in cathedralam erectam perpetuo, et æque principaliter unimus, annectimus, et incorporamus ecclesiæ Fabrianiensi, itaut novus episco-

pus utrique præsit ecclesiæ, ac etiam in civitate Mathilicæ, habita ratione dotis constituendæ ejus mensæ; per aliquod anni tempus resideat, postquam communitas ejusdem civitatis propriis sumptibus decentes ædes comparaverit, una cum suppellectilibus ad pontificalia exercenda necessariis; injuncta tamen obligatione eidem novo episcopo retinendi continuo in eadem civitate cum redditibus mensæ dictæ civitatis vicarium generalem distinctum ab altero, qui residere debet in civitate Fabriani, paribus, et consuetis facultatibus munitum, ac servata in reliquis inter has duas unitas ecclesias omnimoda æqualitate, et paritate, sede tam plena, quam vacante; ita ut neutra alteri præcellere, vel præesse præsumat, præterquam in præeminentia denominationis, et tituli, quæ semper spectabit ad ecclesiam Fabrianiensem, nec non in ipsius capituli, et cleri præcedentia sive in processionibus, in quibus convenire contingeret, sive in sessionibus synodalibus habendis in cathedrali Fabriani.

§. 16. Ad utriusque modo ecclesiæ mensam episcopalem constituendam animum Nostrum adjicientes, justa habita de utriusque ecclesiæ statu consideratione, ad opus hoc absolvendum vel Nos, quantum in Domino possumus, apostolica benignitate contribuere decrevimus; quamobrem mensa Fabrianiensis constituta erit ex infrascriptis bonis, et assignationibus.

Novæ mensæ Fabrianiensi sua bona adsignantur.

§. 17. Primo ex jure cathedralici, quod hactenus pro tempore existens episcopus Camerinensis percipere consuevit ad souta hiscentum circiter monetæ Romanæ, ad quæ annuatim ascendere solet.

Descriptio honorum adsignatorum.

Item ex annuis scutis centum in perpetuum percipiendis ex annuo canone honorum olim suppressæ societatis Jesu, quæ dilecto filio Romualdo Altini Fabrianiensi in emphyteusim perpetuam nuper concessa sunt.

Præterea ex annuis scutis quatuorcentum de semestre in semestre in perpetuum præstandis a monasteriis in civitate, et diœcesi Fabrianiensi existentibus ordinis Monachorum congregationis sancti Silvestri abbatis, scilicet a monasterio nuncupato Montis Fani extra civitatem, sed in diœcesi Fabrianiensi sito, et ab alio monasterio sancti Benedicti intra civitatem existente, itaut omnia utriusque monasterii bona cum omnibus eorum redditibus, pro antedicta perpetua taxa annuorum scu-

torum quatuorcentum, favore existentis pro tempore episcopi Fabrianensis semper, et in perpetuum obligata remaneant.

Demum ex omnibus stabilibus, mobilibus, censibus, locis Montium, creditis, et juribus ad monasterium, et sanctimonialibus sanctæ Margaritæ ordinis sancti Benedicti in eadem civitate Fabrianensi existentibus quomodocumque spectantibus, quæ cum infrascriptis declarationibus episcopali mensæ Fabrianensi nunc, et in perpetuum concedimus, unimus, et incorporamus; ita quod futuro episcopo Fabrianensi ejus, et mensæ episcopalis Fabrianensis nomine liceat statim ejusdem monasterii sanctæ Margaritæ, ejusque bonorum quorumcumque veram, et realem possessionem propria auctoritate, vel per se, vel per alium libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, vetita, et interdicta in futurum in prædicto monasterio sanctæ Margaritæ quacumque novitiarum receptione, et professione.

Declarationes  
speciales.

§. 18. Volumus tamen, ut ab œconomis per futurum episcopum Fabrianensem deputando administrantur interim bona ejusdem monasterii sanctæ Margaritæ, eorumque redditus erogentur in manutentionem ecclesiæ ejusmodi monasterii, et alimoniam monialium nunc existentium, usquequo redactæ fuerint ad numerum quinque sororum, non comprehensis quas vocant, conversis. Cum vero ad minorem fuerint redactæ numerum, tunc implorata Sedis apostolicæ indulgentia, idem episcopus superstites moniales ad illud monasterium ejusdem ordinis, congruis unicuique assignatis alimentis, transferre debeat, et omnibus ejusdem monasterii sanctæ Margaritæ redditibus pro sua episcopali mensa prædictus episcopus Fabrianensis integre potiatur, supportatis tamen singulis oneribus, piisque adimpletis legatis, si quæ sunt, ac fundatorum dispositiones lædantur.

Assignationes  
temporaneas.

§. 19. Ad hoc autem, ut interim futuro episcopo promptiora congruæ sustentationis subsidia non desint, per modum provisionis, temporaneas alias imponimus assignationes, annuorum scilicet scutorum centum super redditibus societatis sanctissimi Suffragii in cathedrali ecclesia Fabrianensi erectæ, et aliorum annuorum scutorum septuaginta ejusdem monetæ Romanæ super redditibus alterius confraternitatis nuncupatæ charitatis in eadem civitate existentis; ita tamen ut geminæ hujus-

modi assignationes favore mensæ episcopalis provisionaliter factæ, proportionabiliter minui, ac in totum cessare debeant, juxta diminutionem, et cessationem oneris alendi viventes moniales supradicti monasterii sanctæ Margaritæ.

§. 20. Cæterum non modo integrum sit futuro, et pro tempore existenti episcopo Fabriaensi domicilium palatii, alias eidem a civitate assignati, sed etiam eidem concedimus mansiones, in quibus a communitate ejusdem civitatis retinetur mons frumentarius, et alias etiam, in quibus antiquum existebat seminarium, cum onere integrum prædictum palatium cum adnexis mansionibus, et ædificiis restaurandi, et conservandi. Remaneant tamen eidem communitati alia omnes apothecæ, nec non mansiones, in quibus existit nunc mons Pietatis, et depositaria, aliaque publica retineantur officia, eo plane modo, quo prædictis apothecis, et mansionibus gavisus est, et actu gaudet eadem communitas.

Palatium episcopale describitur cum suis accessoriis.

§. 21. Stipendium vero vicarii in spiritualibus generali deinceps præstandum erit ab existente pro tempore episcopo Fabrianensi, et illud, quod ab eodem Benedicto XIII. prædecessore Nostro pro vicario generali impositum fuerat communitati Fabrianensi erogandum erit imposterum arbitrio ejusdem communitatis in augmentum mercedis magistrorum, qui in publicis ejusdem communitatis scholis docent.

Præfinitur stipendium vicarii generalis.

§. 22. Pastoralem quoque nostram sollicitudinem excitat seminarium episcopale ejusdem civitatis Fabriani, cuius annuos redditus tenues esse intelleximus. Itaque eidem Fabrianensi seminario nunc, et in perpetuum concedimus annuam summam scutorum quadrigentorum ex reliqua summa canonis bonorum suppressæ societatis Jesu in territorio Fabrianensi existentium, quæ dilecto filio Romualdo Altini in emphyteusim perpetuam concessa reperiuntur; ac pro hujusmodi effectu cedimus insuper, et in dictum seminarium Fabrianense transferimus omne jus directi domini, et alia quæcumque jura, quæ Nostræ cameræ apostolicæ super dictis bonis in emphyteusim, ut supra concessis competunt, aut quomodolibet competere possunt: et quoniam seminario caret civitas Mathilicensis, ideo in applicatione præfati canonis eandem quoque civitatem Nostra benignitate prosequi volentes, mandamus, ut gratis in seminarium

Seminarium redditus augetur.

Fabrianense quatuor admittantur, et assidue retineantur alumni Mathilicenses, vel illius civitatis diœcesani ab episcopo seligendi.

Ecclesias curatas, concedendas esse præmisso concursu decernitur.

§. 23. Compertum habentes in diœcesi Fabrianensi novem existere ecclesias, vicarias nuncupatas, per totidem presbyteros sæculares regi solitas, qui animarum curam in dictis ecclesiis exercent; cumque hactenus presbyteri illi ad nominationem, seu collationem abbatis monachorum ordinis sancti Benedicti congregationis Camaldulensium in monasterio sancti Blasii ejusdem civitatis degentis, cui forsane ecclesiæ illæ unitæ fuerant, vel alias quomodolibet pertinuerint, de ecclesiis prædictis semper provisi fuerint, et provideri soleant sine concursu; Nos pro salubriori animarum regimine, deleta, et abrogata quovis abbatis, et monachorum jure sive nominandi, sive conferendi, novem supradictas ecclesias curam animarum habentes in vicarias perpetuas erigimus, ac sub libera futuri, et pro tempore existentis episcopi Fabrianensis collatione, et provisione constituimus, ad hoc ut ipse, prævio concursu, servata forma a sacro concilio Tridentino, et constitutione san. mem. Pii V. pariter prædecessoris nostri præscripta; nunc, et in futurum occurrentibus earum vacationibus, ad illarum collationem procedat. Volumus tamen, ut loco stipendii, quod annuatim antedictis presbyteris curam animarum exercentibus in supradictis ecclesiis præstare consueverat abbas, et monasterium sancti Blasii, teneatur in futurum, et in perpetuum prædictum monasterium singulis prædictarum ecclesiarum parochis, seu vicariis curatis præstare annua scuta quinquaginta monetæ Romanæ pro congrua singulorum sustentatione, imposito singulis vicariis onere perpetuo mantenendi lampadem assidue accensam in eorum ecclesiis ante sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, et pro hujusmodi effectu mandamus, ut pro solutione ejusdem taxæ annuorum scutorum quinquaginta cuilibet ex prædictis novem ecclesiarum vicariis curatis persolvendæ, bona omnia ejusdem monasterii sancti Blasii civitatis Fabrianensis semper, et in perpetuum obligata esse debeant.

Assignatio bonorum pro mensa Mathilicensi.

§. 24. Absoluta adsignatione dotis, et mensæ Fabrianensis, reliquum modo est, ut doti, et mensæ episcopali Mathilicensi consulatur. Præter autem jus cathedralici futuro, et pro tempore existentis episcopo Mathilicensi competens,

eandem mensam ex annuis assignationibus super bonis infrascriptorum monasteriorum, conventuum, et locorum priorum civitatis Mathilicæ, quæ summam conflant scutorum circiter quingentorum pro rata solvendorum de semestri in semestri, efformare intendimus.

§. 25. Scilicet super bonis monasterii ordinis sancti Benedicti congregationis Silvestrinorum annua scuta centum.

Descriptio bonorum assignatorum.

Super bonis conventus ordinis eremitarum sancti Augustini annua scuta quadraginta quinque.

Super bonis conventus Carmelitarum excalceatorum annua scuta quinquaginta.

Super bonis domus presbyterorum Oratorii sancti Philippi Neri annua scuta viginti quinque.

Super bonis monasterii monialium sanctæ Mariæ Magdalensæ annua scuta quinquaginta.

§. 26. Præterea eas impositiones, annuasque solutiones, quas ven. frater Noster Carolus, Bellisomi archiepiscopus Tyanensis tunc apostolicus visitator præscripserat favore hospitalis civitatis Camerinensis persolvendas, quæque a prædecessore Nostro Clemente XIV. adprobatae fuerunt die 11 septembris 1773., nempe super bonis dicti conventus sancti Augustini annuorum scutorum viginti, et super bonis præfati conventus Carmelitarum excalceatorum annuorum scutorum centum quadraginta, non amplius dicto hospitali Camerinensi, sed episcopali Mathilicensi mensæ perpetuo applicatae, et appropriatae sint, et esse debeant.

Nonnulli redditus segregantur a mensa Camerinensi, et Mathilicensi conceduntur.

§. 27. Cumque ab eodem Carolo archiepiscopo alia quoque fuerit taxa imposita super monasterio monialium sanctæ Mariæ Magdalensæ civitatis Mathilicæ dicto hospitali Camerinensi persolvenda in annua summa scutorum septuaginta monetæ, Nos hanc similiter taxam ratam, firmamque habentes mandamus, illam annuatim persolvi debere favore hospitalis Expositorum sub titulo sancti Josephi civitatis Fabriani; cui civitas, et ecclesia Mathilicensis æqualiter, ut supra, unita reperitur, prohibita imposterum populo civitatis, et diœcesis Mathilicæ asportatione, seu transmissione infantium illegitimorum ad hospitale Camerini.

Idipsum statuitur de quadam taxa solvenda a monialibus s. Mariæ Magdalensæ ejusdem civitatis.

§. 28. Præcipimus autem, ut personæ apostolica auctoritate in episcopum pro hac prima vice, et aliis futuris vacationibus præficiendæ dictis ecclesiis

Jura novi episcopi declarantur.



Fabrianensi, et Mathilicensi invicem unitis liceat per se, vel per alium, seu alios ejus nomine veram, realem, actua-lem, et corporalem possessionem omni-  
modi juris diœcesani in utraque civi-  
tate, et earum ecclesiis, ac diœcesibus, et mensis episcopalibus adsignatis vigore literarum apostolicarum pro-  
visionis de sui persona apprehendere, apprehensamque perpetuo retinere, præ-  
fati Camerinensis episcopi, vel cujusvis alterius licentia minime requisita, ei-  
demque episcopo Fabrianensi, et Ma-  
thilicensi pro tempore existenti, quæ-  
cumque, et qualiacumque cum cura, et sine cura ecclesiastica beneficia quo-  
modolibet nuncupata, etiam canonicatus, et præbendas, ac dignitates, si quæ forent, non tamen majores, in dictis cathedralibus ecclesiis, civitati-  
bus, et diœcesibus existentia iisdem modo, et forma, prout illorum collatio ad episcopum Camerinensem antea pertinebat, occurrentibus quovis modo illorum vacationibus, dummodo tamen beneficia hujusmodi Sedi apostolicæ dispositioni reservata, vel affecta non fuerint, personis idoneis pleno jure conferendi, et de illis providendi auctoritatem, et potestatem omnem concedimus, et impertimur.

Clausulæ salu-  
tares, et irri-  
tantes.

§. 29. Præsentes autem has nostras literas, et in eis contenta quæcum-  
que etiam ex eo, quod dictus Camerinensis episcopus, ac Camerinensis ecclesie capitulum, et canonici, ac quilibet alii in singulis præmissis interesse habentes, seu habere præten-  
dentes ad hæc vocati, citati, et auditi non fuerint, minusque singulis præ-  
missis consenserint, nec causæ propter quas eadem præsentes emanarint satis adductæ, et verificatæ non fuerint, aut ex quibusvis aliis causis, vel prætextibus, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quovis alio defectu notari, vel impugari, aut alias infringi, vel quomodolibet retractari, suspendi, restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam posse, easque omnino sub quibusvis contrariis constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, modificationibus decretis, vel declarationibus generalibus, vel specialibus, motu, scientia, vel potestatis plenitudine paribus, quomodolibet, ac quibusvis de causis pro tempore factis minime comprehendi, sed semper ab illis exceptas esse, et fore, semperque, et perpetuo validas, firmas, et effica-

ces esse, et fore, suosque plebarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum perpetuo, et inviolabiliter observari, ac utrique ecclesie Fabrianensi, et Mathilicensi, illarumque episcopo pro tempore existenti, earumdemque ecclesiarum capitulis, et canonicis, aliisque quorum favorem præsentes Nostræ literæ concernunt, perpetuis futuris temporibus plenissime suffragari debere, eosdemque super præmissis omnibus, et singulis, vel illorum causa ab aliquibus, quavis autoritate quomodolibet molestari, perturbari, inquietari, vel impediri posse, neque ad probationem, seu verificationem quorumcumque in eisdem præsentibus Nostris literis narratorum nullatenus unquam teneri, nec ad id in judicio vel extra cogi, seu compelli posse; sicque in præmissis ab omnibus censi, atque ita per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos, quavis autoritate, et potestate fungentes etiam causarum palatii Nostræ apostolicæ auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesie cardinales, etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et autoritate judicari, et definiri debere, ac si secus super his a quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus irritum, et inane nulliusque roboris, et effectus esse, et fore decernimus.

§. 30. Non obstantibus Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, et de dismembrationibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, necnon in similibus expricendo vero annuo reddito, et valore, ac Pii IV. de gratiis interesse cameræ Nostræ apostolicæ quomodolibet concernentibus in eadem camera registrandis, et insinuandis, aliisque apostolicis quorumcumque Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, ac etiam in synodalibus, provincialibus, et universalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, nec non Camerinensis ecclesie, illiusque capituli, et canonicorum, ac ordinis sancti Benedicti, et congregationum prædictarum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis respective statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis

Derogatio con-  
trariorum.

apostolicis eidem Camerinenſi epiſcopo, et capitulo, nec non ordinibus, et congregationibus præſatis, et quibus aliis perſonis, civitatibus, et locis per quoscumque Romanos pontifices prædeceſſores Noſtros, et apoſtolicam Sedem, ſub quibuſcumque tenoribus, et formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficaciſſimis, et inſolitius clauſulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, et poteſtatis plenitudine ſimilibus conſeſſis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, et individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc ſervanda eſſet; tenores huiusmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, et forma in illis tradita obſervata, inſerti forent; præſentibus pro expreſſis, et inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad effectum validitatis, et perpetuæ firmitatis præmiſſorum omnium, et ſingulorum, hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter, et expreſſe derogamus, aliisque omnibus, et ſingulis contrariis quibuſcumque.

Fides habenda  
transumptis.

§. 31. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum Noſtrarum transumptis etiam impreſſis manu alicujus notarii publici ſubſcriptis, et ſigillo perſonæ in eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi originaliter exhibitæ forent, vel oſenſæ.

Sanctæ poenæ  
nalis.

§. 32. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Noſtræ confirmationis, innovationis, diſſolutionis, abdicationis, ſejunctionis, ſeparationis, exemptionis, diſmembrationis, liberationis, ſegregationis, diſiſionis, erectionis, declarationis, redintegrationis, unionis, annexionis, incorporationis, aſſignationis, conſeſſionis, translationis, mandati, præcepti, decreti, et derogationis, ac voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ ſpud ſanctam Mariam Majorem, anno incarnationis Dominicæ millesimo ſeptingenteſimo octuagesimo quinto octavo idus julii, pontificatus Noſtri anno undecimo.

Bull. Rom. Tom. VII.

DLIII.

Dat. Romæ  
17. julii  
1785  
anno XI.

Conceſſio ædium oratorii del Caravita vulgo nuncupati almæ nr̄bis præfecto pro tempore exiſtenti collegii Romani.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Bonorum operum, et ſpiritualium ſtudiorum Deum auctorem eſſe non dubium eſt, qui quorum imitantes, adjuvat actiones; quod quidem Nobis præſenti experimento apparet. Siquidem, ſicut Nobis nuper innotuit, alias dilectus filius Joſeph a Pince præbyter Bononiensis, et modernus oratorii ſanctiſſimæ Communionis huius almæ Noſtræ urbis del Caravita nuncupati præfectus, ac miſſionarius urbanus pro eo, quem ad lucrandas Deo Chriſtifiſidelium animas æſtuatur zelo de venerabilium fratrum Noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ cardinalium gubernio, ac regimini collegii Romani præpoſitorum licentia domum pro exercitiis ſpiritualibus, ac pro inſtructione, et inſtitutione adolescentulorum, qui primum ad ſacram ſynaxim accedunt, intra ædes ejuſdem collegii Romani erigi curavit, ſibiſque certam earumdem ædium portionem cappellis ſancti Aloſii Gonzaga adhærentem una cum earumdem cappellarum uſu aſſignari obtinuit, quam ſubinde ſuis ſumptibus aptavit, et inſtruxit. Cum autem Deo adjuvante inceptum huiusmodi adeo proſectum ſit, ut uberrimi exinde jam prodierint fructus, ac aliquorum Chriſtifiſidelium pietas, fuerit excitata ad conferendum ad opus huiusmodi nedum eleemoſynas, ſed etiam fundos, ac bona; Nos cum alias inſtitutionem huiusmodi ex cœleſtibus indulgentiarum Eccleſiæ theſauris ſpecialibus gratiis accumulaverimus, ſerio confidentes, quantum augmenti tam bonum opus ſuſcipere poſſit, ſi illud auctoritatis Noſtræ patrocinio adjuvaremus, Noſtrique paſtoralis officii eſſe, ea omnia ſtudere, quæ ad populum Noſtræ vigilantie ſpecialius commiſſum in chriſtiana religione fovendum, divinumque cultum augendum pertinere dignoſcimus, præmiſſis providere, prout infra, decrevimus.

Proemium in  
quo exponitur  
ſtatus oratorii.

§. 2. Motu itaque proprio, ex certa ſcientia, ac matura deliberatione Noſtris, deque apoſtolicæ poteſtatis ple-

Officia præfecti oratorii, et miſſionarii urbani ſuſcipiuntur

E e e

et inseparabilia declarantur.

nitudine pii operis hujusmodi executionem, ac directionem memorato Josepho, quoad vixerit, aliisque pro tempore existentibus præfectis oratorii, et missionariis urbanis suis successoribus tenore præsentium committimus, concedimus, et commendamus; mandantes propterea, ut in posterum dicta duo officia præfecti nempe oratorii, et missionarii urbani inseparabilia, ac unita censeantur, prout ea motu, auctoritate, ac tenore prædictis insimul unimus, et incorporamus, ac unita, et incorporata perpetuis futuris temporibus esse, et fore decernimus, et declaramus.

Administratio bonorum conceditur ipsi præfecto sub auctoritate cardinalis vicarii de urbe.

§. 3. Suorum vero honorum, reddituum, ac proventuum quorumcumque administrationem sub immediata dumtaxat dilecti filii Nostri moderni, et pro tempore existentis Nostri, summorumque pontificum successorum Nostrorum in alma urbe in spiritualibus vicarii jurisdictione, de cujus etiam consilio, et auctoritate cæteri presbyteri sæculares ad hujus operis executionem necessarii erunt deputandi, eidem moderno, et pro tempore existenti præfecto, et missionario prædicto concedimus. Præterea dicto præfecto, et missionario, suisque successoribus novos redditus, ac bona una cum adæquis oneribus, quæ circa hujus pii instituti augmentum versentur, sub sua, suorumque successorum obligatione etiam per publicam instrumentum accipiendi, ac lata, et accepta habendi plenam, et amplam facultatem, motu, scientia, auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Eidem præfecto jus conceditur admittendi postulantes adolescentes.

§. 4. Tertio præfectum, ac missionarium hujusmodi in admittendis postulantibus, tum ut iustrentur, tum etiam ut ad sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum, quatenus capaces sint, aut prævia aliquorum suo arbitrio, ac conscientia præfinitendorum dierum disciplina tales reddantur; primum accedant, ex cujuscumque personæ arbitrio minime pendere, volumus, ac declaramus.

Adolescentes in domo exercitiorum possent recipere etiam sacramentum confirmationis.

§. 5. Quarto, ut adolescentes, qui aut in dicta domo exercitiorum noviter erecta, aut in oratorio, prout alias laudabilis consuetudo obtinuerat, ad primam communionem sancte suscipiendam erudientur, ad recipiendum quoque sacramentum confirmationis, si sacro hoc chrismate nondum fuerint peruncti, instituti, ac inibi etiam sacramentum hujusmodi servatis alias

servandis, et prius quam ad divinam mensam accedant; ipsis conferri libere, ac licite possit, concedimus, et indulgemus.

§. 6. Quinto eandem ædium collegii Romani portionem, qua jam de consensu ditorum cardinalium collegii Romani gubernio, et regimini præpositorum consensu, ut præfertur, in usum, ac commodum, et recreationem eorum, qui spiritualibus exercitiis incumbunt; aut ad primam communionem instituuntur, hucusque uti licuit, deinceps pariter in perpetuum usum ejusdem domus exercitiorum una cum dictis cappellis sancti Aloisii Gonzaga, ac sacris suppellectilibus etiam argenteis ad illas quomodocumque spectantibus, ac cum accessu, et egressu intra ædes ejusdem collegii Romani, quo usque in præsens usa est, attribuimus; ita tamen ut loci istius pavimentorum, tecti, et murorum mantentio collegio Romano incumbat, et ad domum prædictam portarum, fenestrarum, aliarumque rerum similium accidentalium, et ad interiorum partem loci pertinentium conservatio spectet: quod si pro dictæ portionis ædium latiori, ac commodiori usu aliqua paries sit demolienda, aut de novo erigenda, nisi de eorumdem cardinalium collegii Romani gubernio præpositorum consensu, ac sumptibus ejusdem domus id fieri licere, motu, scientia, auctoritate, ac tenore prædictis edicimus, ac mandamus.

Conceditur ædes capilla et sacra suppellectiles: et usu collegii

§. 7. Tandem, ut etiam amplioribus gratiis, et indultis piam institutionem hujusmodi prosequamur, moderno, ac pro tempore existenti præfecto oratorii, et missionario urbano, cui, ut præfertur, operis hujusmodi directionem, ac regimen commisimus, durantibus spiritualibus exercitiis, ac instructionibus prædictis augustissimum Eucharistiæ sacramentum in alterutra ex dictis cappellis sancti Aloisii Gonzaga, dummodo ad id sit decenter ornata, asservandi, illudque publicæ Christianorum ad illam confluentium venerationi debita cum reverentia juxta sacros ritus in expositionibus sanctissimi Sacramenti servari solito exponendi plenam, et amplam facultatem motu, auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur; ita tamen ut ante cyborium lampas diu nocturne, durante tempore prædicto, accensa detineatur, et ejusdem cyborii clavis ab aliquo sacerdote diligenter custodiatur.

Conceditur jus exponendi ss. Sacramentum servatis sacris ritibus.

Clausula sub-  
lata, et decre-  
tum irritans.

§. 8. Decernentes has præsentis li-  
teras semper firmas, validas, et effica-  
ces existere, ac fore, suosque plena-  
rios, et integros effectus sortiri, et  
obtinere, ac illis, ad quos spectat, et  
pro tempore quodcumque spectabit  
in omnibus, et per omnia plenissime  
suffragari, et ab eis respective inviola-  
biliter observari; sicque in præmissis  
per quoscumque iudices ordinarios, et  
delegatos etiam causarum palatii apo-  
stolici auditores judicari, et defini-  
ri debere, ac irritum, et inane, si secus  
super his a quoquam quavis auctorita-  
te scienter, vel ignoranter contigerit  
attentari.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 9. Non obstantibus constitutio-  
nibus, et ordinationibus apostolicis,  
cæterisque contrariis quibuscumque. Da-  
tum Romæ apud sanctum Petrum sub  
annulo piscatoris die decima secunda  
juli millesimo septingentesimo octua-  
gesimo quinto, pontificatus Nostri anno  
undecimo.

Dat. Romæ  
29. julii  
1785  
anno XI.

DLIV.

Pacta, et conventiones inter sanctam  
Sedem, et regnum Franciæ quoad  
commercium librorum initæ.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Memorantur  
pacta inita in-  
ter nuncium  
apostolicum,  
et commissaria-  
rium regis  
Franciæ.

§. 1. **C**um per dilectum filium  
Christophorum Mariam Pieracchi au-  
ditorem nunciaturæ Nostrum, et sanctæ  
Sedis apud carissimum in Christo  
filium Nostrum Ludovicum Galliarum  
regem christianissimum ad Nostra, et  
ejusdem sanctæ Sedis negocia curanda  
deputatum, a Nobis specialiter com-  
missarium electum ex una, ac dilec-  
tum itidem filium Carolum Gravier  
comitem de Vergennes, baronem de  
Welferdinæ d' Uchon et de sancti Eu-  
gennes, dominum de Bordeaux, sancti  
Sinphoriani de Mormagne de Pont  
Devaux, de Marly, de Barnault, et  
aliorum locorum consiliarium ejusdem  
regis christianissimi in omnibus consi-  
liis, præceptorem, seu commenda-  
tarium suorum militarium ordinum,  
caput consilii regalis finantiarum, consi-  
liarum status, di spada, ministrum,  
et secretarium status, et jussionum, et  
*Bull. Rom. Tom. VII.*

finantiarum dicti regis christianissimi  
cum negotiorum exterorum munere,  
ab eodem rege christianissimo com-  
missarium deputatum ex altera parte  
nonnullæ conventiones, et pacta inter  
Nos, et sæpe memoratum Ludovicum  
regem christianissimum, ac super com-  
mercio librario inter Nostros, ac sanctæ  
Sedis comitatum Avenionensis, et  
Venayssini, et ejusdem regis christianis-  
simi respective subditos subscripta fue-  
runt tenoris sequentis videlicet.

### ARTICULUS PRIMUS

§. 2. Erit in posterum in vim hujus  
præsentis concordiæ typographos Ave-  
nionenses, et comitatus Vedassensis in-  
ter, et subditos regis christianissimi  
perfecta qualitas tum quoad leges re-  
spicientes artem librariam, tum quoad  
commercium, et librorum in duobus  
respective ditionibus editorum circula-  
tionem.

Statuitur per-  
fecta qualitas  
quoad leges, et  
commercium.

### ARTICULUS SECUNDUS

§. 3. Hinc Sanctitas Sua in ditione  
Avenionensi, et Vedassensi leges præ-  
scribet iis, quæ jam in Gallia quoad  
artem librariam sunt latæ conformes in  
ea tamen parte, quæ legibus, et gu-  
bernii sistemati comitatum Avenio-  
nensis, et Vedassensis constituto non  
adversetur.

Idcirco sancta  
Sedes leges  
Gallicas præ-  
scribere præ-  
mittit, quoad  
artem libra-  
riam.

### ARTICULUS TERTIUS

§. 4. Sanctitas Sua in ditione Ave-  
nionensi, et in comitatu imponet chartæ  
vectigal simile in Gallia constituto dura-  
turum usque dum istud subsistat, illius  
vero exactio in utilitatem cameræ aposto-  
licæ vertenda, et eodem prorsus modo,  
quo in regnis prædictis, peragenda, iis  
qui aut in generali regia, aut in generali  
redemptione tabaci aliquo munere fun-  
guntur insimul cum uno substituto a  
Sanctitate Sua ad hoc nominando, et  
deputando erit committenda. Hi porro  
Sanctitatis Sux officialibus suæ ditionis,  
Avenionensis, et Vedassensis quolibet  
semestri rationem reddent.

Et idem vecti-  
gal imponet  
chartæ in Gal-  
lia constituta-  
tum.

### ARTICULUS QUARTUS

§. 5. Sanctitas Sua numerum typo-  
graphorum civitatis Avenionensis ad octo  
dumtaxat, aliarum vero civitatum comi-  
tatus ad eum contrahet, qui æqualis sit  
civitatum regni Galliæ, quæ ejusdem pene  
sint vis, et incolarum frequentia, sibi re-

De numero ty-  
pographorum  
contrahendo.

servans eadem Sanctitas Sua facultatem concedendi iis typographis, qui aut ob illorum necessitates, aut ob alias peculiare rationes aliquam gratiam promeruerunt, ut, quoad vixerint dumtaxat typis mandare possint.

### ARTICULUS QUINTUS

Interdictio de publicandis libris cum privilegio regis christianissimi

§. 6. Propositis legibus juxta disposita in articulo secundo hujus conventionis omnibus typographis Avenionensibus, et comitatus erit interdictum libros cum privilegio majestatis suæ christianissimæ in suo regno typis excussos durante privilegio hujusmodi iterum in lucem edere. Erit insuper pariter interdictum novos libros typis tradere, ad hoc ut in regno Franciæ vendantur, nisi prius manuscriptus codex censuræ alterius censoribus regiis subiiceatur, ac privilegium majestatis suæ christianissimæ obtineatur, quod tamen eo prorsus modo, quo in editionibus regni adhiberi solet tum auctoribus, tum typographis cum idoneis, et aptis clausulis concedetur. Codex vero manuscriptus erit subinde cancellario, seu custodi sigillorum Galliæ transmittendus in eodem statu, in quo a censore regio fuit approbatus. Erit vicissim typographis regni Franciæ interdictum typis excudere ea opera, pro quibus excussores Avenionenses, aut comitatus Vedassensis privilegium ad in hoc articulo disposita impetrarunt. Libros porro in regno editos in comitatu prædicto subicere non licebit, nisi prius obtenta venia a ministris legationis Avenionensis ad artem librariam dirigendam deputatis. Codex vero manuscriptus, operum hujusmodi, seu illius exemplar vice legato Avenionem erit transmittendus in eodem statu, in quo ab officialibus Sanctitatis Suæ fuerit approbatus.

### ARTICULUS SEXTUS

De catalogo librorum invicem communicando.

§. 7. Vice legatus Avenionensis, et cancellarius, seu custos sigillorum Franciæ sibi mutuo quolibet semestri mittent catalogum licentiarum, quas respective concesserunt edendi libros, pro quibus nullum existat privilegium, aut pro typographis regni, aut pro typographis Avenionensibus, et comitatus Vedassensis, aut quorum privilegium jam expiratum sit, juxta præscripta in articulo secundo.

### ARTICULUS SEPTIMUS

§. 8. Sua majestas christianissima considerans bibliopolis, et typographis Avenionensibus, et comitatus Vedassensis haud profuisse l'estampille juxta arrestum diei xxx. augusti anni MDCCLXXVII. ad distrahenda les contrefaçons eis conce- dit transitum territorialem, ut apud exteras nationes mittere possint contrefaçons, quas de tempore præpositi edicti in ditione Avenionensi, et Vedassensi juxta articulum secundum hujus conventionis apud se retinebant, cavens modis omnibus necessariis ad impediendum quominus contrefaçons hujusmodi in suo regno supersint. Ut autem præsens articulus suum sortiat effectum Sanctitas Sua vice legato Avenionensi committet, ut certo constare faciat les contrefaçons post hujus conventionis ratificationem, et ante publicationem legum prædictarum apud bibliopolas, et typographos suæ ditionis Avenionensis, et Vedassensis existentes, nec non l'estampille in prima pagina cujuslibet apponi studeat, vice legatus porro Avenionensis mittet cancellario, seu custodi sigillorum Franciæ transumptum processuum verbalium, qui collecti fuerunt habentium numerum, et naturam harum contrefaçons.

Concessio transitus territorialis.

### ARTICULUS OCTAVUS

§. 9. Sua majestas christianissima desiderans, ut incolæ Avenionenses, et comitatus Vedassensis omnibus, et singulis juribus, privilegiis, libertatibus, et exemptionibus in literis patentibus contentis ipsis a regibus christianissimis prædecessoribus suis concessis, ac ab eadem majestate sua mense decembris anni MDCCLXXIV. confirmatis uti, ac frui possint, opportunis modis providebit, ut libera sanctorum, et glutinis pro officinis chartariis exportatio, ac libera harum primigeniarum materiarum circulatio absque ullo vectigali, prout in toto regno obtinet, restituatur.

Confirmatio privilegiorum.

### ARTICULUS NONUS

§. 10. Præsens tractatus erit a Sanctitate Sua, et majestate sua christianissima approbatus, et ratas habendus, ac ratificationes hujusmodi inter spatium sex hebdomadarum a die subscriptionis consultare, aut citius, si fieri poterit, erunt communicandæ. In quorum fidem Nos commissarii Sanctitatis Suæ, et suæ

Conventio de approbatione tractatus explicite faciendæ.

majestatis christianissimæ in vim nostrarum respective plenipotentiarum, duo exemplaria conformia hujusce conventionis subscripsimus, eaque nostrorum stemmatum sigillo munivimus.

Datum Versailles die septima junii MDCCLXXXV.

Abbas Pieracchi

Loco ✕ Signi

Granier de Vergennes

Loco ✕ Signi

Tenor confirmationis apostolicæ.

§. 11. Hinc est, quod Nos conventiones, et pacta hujusmodi rata itidem habere, stabilique firmitate subsistere, et inviolabiliter observari cupientes motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, conventiones, ac pacta præinserta tenore præsentium ratificamus, ac rata habemus, ac promissa per ipsum Christophorum Mariam Pieracchi nuncupatum, et apostolicæ Sedis ad hoc negotium plenipotentiarium deputatum in conventionibus, et pactis prædictis sincere, ac inviolabiliter, ex Nostra et ejusdem Sedis parte adimpletum, et servatum in verbo Romani pontificis promittimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 12. Decernentes has præsentis literas nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ, aut alio quocumque quantumvis magno, et inexcogitabili defectu notari, et impugnari posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Non obstantibus quibusvis apostolicis constitutionibus, et ordinationibus. Quibus omnibus, et singulis illorum tiores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo rolore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter ex expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Rome apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima nona julii millesimo septingentesimo octagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

DLV.

Dat. Romæ  
die octava  
julii  
anno MDCCLXXXV

Facultas magistro generali fratrum ordinis beatæ Mariæ virginis de Mercede redemptionis captivorum dismembrandi a provincia Italiæ dicti ordinis conventum sancti Hadriani de Urbe, illumque in collegium generalitium erigendi.

Dilecto filio Josepho Gonzalez, Aquilar, Torres, et Navarra fratrum ordinis beatæ Mariæ Virginis de Mercede redemptionis captivorum nuncupatorum magistro generali.

Pius PP. VI.

Dilecte fili

Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. In supremo militantis Ecclesie solio, meritis licet imparibus, per ineffabilem divinæ sapientiæ, et clementiæ abundantiam constituti ad ea, quæ ad religiosorum virorum cætus in Ecclesia Dei pie, sancteque institutos in salutari eorum vivendi norma, regularique observantia confovendos, atque conservandos proficua fore conspiciamus, libenter intendimus, ut sic recte, salubriterque in via mandatorum Domini incendentibus securius æternam repromissionem consequantur, prout juxta rerum, ac temporum circumstantias in Domino expedire arbitramur.

Proemium.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod conventus sancti Hadriani de alma urbe Nostra tui ordinis opera, studio, ac sumptu tuorum prædecessorum, aliorumque Hispanorum fuit alias erectus, auctus, ac magnifice ornatus, immo a quotidianis suis indigentis levatus, ut inibi ob religiosorum numerum regularem observantiam custodiri, divinumque cultum promoveri posset. Ast licet provinciæ Italiæ, quæ in utriusque Siciliæ regno suas domos, ac conventus habet fuerit alias unitus, ex rerum tamen, ac temporum vicissitudinibus factum est eo devenisse, ut cum vix, aut ne vix quidem octo fratribus inibi commorantibus victum, ac vestitum suppeditare valeat grandi ære alieno sit gravatus, regularisque observantia a suo pristino nitore sit penitus quasi collapsa; ut tot itaque tantisque malis aliquod remedium adhibeatur, duo præcipue opportuna fore arbitratus es, alterum nem-

Expositio precum et ratio concessionis.

pe, ut æs alienum, quo dictus conventus premitur, dissolvatur, quod jam a te in maxima parte impletum est: alterum, ut prævia illius separatione, ac dismembratione a provincia Italiæ prædicta in generalitium collegium erigatur, ac religiosi studentes ex Hispaniarum provinciis eligendi inibi operam tamen narent; annuus vero illius census ex taxatione juxta rationabiles quotas ab aliis dictarum provinciarum Hispaniarum domibus, et conventibus solvendas augeatur. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

*Dismembratio conventus s. Hadriani a provincia Italiæ, illiusque erectio in conventum generalitium.*

§. 3. Nos igitur postquam hæc omnia debito examinae perpenderit, ac audito etiam venerabilis fratris Nostri Caroli cardinalis episcopi Portuensis Rezonico nuncupati, apud Nos, et sanctam Sedem ejusdem tui ordinis protectoris consilio, te specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, discretionituz, de cujus prudentia, fide, religionis zelo, ac in rerum gerendarum dexterritate plurimum in Domino confidimus, per præsentem committimus, et mandamus, ut prævia dismembratione, ac segregatione conventus sancti Hadriani de urbe tui ordinis a provincia Italiæ, cui ad hæc usque tempora fuerat addictus, prout tenore præsentium illum dismembramus, ac segregamus, et dismembratum, segregatumque esse, et fore auctoritate apostolica earundem tenore decernimus, et declaramus, conventum hujusmodi in collegium generalitium auctoritate Nostra apostolica erigas, et instituas, adeo ut in posterum uni magistro generali tui ordinis pro tempore existenti subditus sit, illique, vel alteri de ejus mandato tantummodo pareat, et obediat; ut insuper in eo deinceps religiosos studentes ex provinciis Hispaniarum a te, vel a magistro generali hujusmodi designandis, et evocandis studiis sedulo, ac diligenter vacaturos fore edicas; in illius vero commendatarium, seu præsidem procuratorem, seu vice-procuratorem generalem ordinis prædicti pro tempore existentem, ac in Romana

curia commorantem constituas; ac familiam ejusdem conventus, quæ viribus annuorum suorum reddituum, ac proventuum sit conformis, ex fratribus cujuscumque provinciæ pro libitu, ac prudentia magistri generalis pro tempore existentis esse componendam, mandes, atque declares.

§. 4. Et quoniam hæc inutiliter disposita essent, nisi etiam laxiori censu conventus hujusmodi instruatur, tibi propterea itidem injungimus, ut domibus, seu conventibus prædictarum provinciarum Hispaniarum eam annuam taxam, seu pecuniæ contributionem, quæ pro congrua conventus prædicti exhibitione sufficiens videbitur, auctoritate prædicta imponas, et imperas; cæteraque omnia ad revocandam in dicto conventu collapsam regularem disciplinam, illumque ad pristinum nitorem, ac splendorem restituendum opportuna in Domino arbitraberis, statuas, atque decernas, ac fieri, et exequi cures, ac studeas. Nos enim tibi quamcumque necessariam, et opportunam facultatem ad præmissa omnia, ac circa ea, quæ ad harum literarum executionem pertinent, faciendi, gerendi, dicendi, declarandi, et exequendi, ac exequi mandandi eadem auctoritate tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

*Impositio taxæ pro congrua conventus exhibitione.*

§. 5. Decernentes præsentem literas etiam ex eo quod fratres provinciæ prædictæ, et cæteri quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, et auditi, neque causæ propter quas ipsæ præsentem emanarint, adductæ, specificatæ, et justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis justa, pia, et privilegiata causa, colore, prætextu, et capite, etiam in capite juris clauso etiam enormissima, et totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentioni Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, et substantiali, ac individuan expressionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, ad terminos juris reduci, seu in controversiam vocari, aut aduersus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, vel emato,

*Clausula sublata, et decretum irritans.*

quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, aliosque quoscumque quacumque præeminentia, et potestate fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariarum.

§. 6. Non obstantibus quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac provinciæ Italiæ, et conventus prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda augusti millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

DLVI.

Confirmantur statuta collegii Aromatariorum de urbe.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni custodes ecclesiæ sancti Laurentii in Miranda nuncupati, ac consules, alique officiales collegii Aromatariorum de urbe in dicta ecclesia canonice instituti, quod alias venerabilis frater Noster Karolus episcopus Portuensis, et sanctæ Rufinæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis Rezzonico nuncupatus, ejusdemque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ camerarius, dictorumque ecclesiæ, et collegii visitator auctoritate apostolica deputatus, nonnulla statuta in capitulis quinquaginta octo degesta pro honore dictæ ecclesiæ sancti Laurentii regimine, rectaque administratione, nec non felici, et prospero ejusdem collegii progressu sub certis modo, et forma tunc expressis, vigore facultatum in collatione muneris visitoris hujusmodi a Nobis ei concessarum approbavit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quæ per literas apostolicas ab apostolica Sede approbantur, et confirmantur, firmiora existant, et exactius ab omnibus observari soleant; Nobis propterea dicti exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, ac indulgere de bonignitate apostolica dignaremur.

Expositio præsum.

§. 2. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: statuta, et capitula prædicta, ac in eis contenta quæcumque, quorum tenorem præsentibus pro expresso, et inserto haberi volumus, dummodo tamen licita sint, et honesta, ac juri communi, sacrisque canonibus non adversentur, auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, omnes-

Tenor concessiois.



que, et singulos tam juris, quam facti, et solemnitatum, ac quoscumque alios quantumvis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint in eisdem supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes statuta, et capitula hujusmodi, nec non easdem præsententes literas semper, et perpetuo firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac modernis, et pro tempore existentibus custodibus, et consulibus prædictis, aliisque ad quos spectat et pro tempore quomodolibet spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, et adimpleri debere; sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis prædictæ nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, ecclesiæ, et collegii prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duratim specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda augusti millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

DLVII.

Dat. Romæ  
19. augusti  
1785  
anno XI.

Declaratur munus scribæ obstare non posse quin illo fungentes, dummodo habeant alia requisita, ad militares ordines s. Jacobi de Spatha, de Calatrava, et Alcantara admittantur.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Romanum decet pontificem æqui, bonique supremum assertorem in terris a Domino constitutum illa omnia concedere, quæ pro recta militarium ordinum directione juste postulatur, prout in Domino salubriter expedire arbitratur. Inter cæteros siquidem, qui ab habitu militarium ordinum s. Jacobi de Spatha, de Calatrava, et de Alcantara per statuta eorundem ordinum, auctoritate apostolica confirmata, ab officio, quo ipsi, aut eorum descendentes functi sunt, reiciuntur, ii etiam, qui munus scribæ exercuerunt, sub certis exceptionibus recensentur. Cum autem exceptiones hujusmodi, quod neque differentes classes muneris hujusmodis secernant, neque apertis verbis circumstantias enuntient, in quibus, vel non obtinere debeat statutaria dispositio, immo interdum ob diversas eorundem statutorum expressiones, diversas quoque suscipiant interpretationes, non raro in candidatorum admissione difficultates inducant, ac dubia; hinc carissimus in Christo filius Noster Carolus Hispaniarum rex catholicus, ut de medio removeantur incommoda hujusmodi, Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Preces porrectæ a rege catholico.

§. 2. Nos igitur prædictum Carolum regem catholicum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati munus, seu officium scribæ, minus vero scribæ cameræ regularium tribunalium perpetuis futuris temporibus obstare haud posse, quin illo fungentes, cæteroquin juxta eorundem statutorum ordinum prædictorum capaces, ad suscipiendum habitum dictorum ordinum admittantur, auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, decernimus, atque declaramus.

Pontifex regis catholici precibus annuit.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has præsentis litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus; et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictorum ordinum etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima nona augusti millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

DLVIII.

Dat. Romæ  
27. augusti  
1785.  
anno XI.

Suppressio domus de Kewen-Hagen oppidi Essendiensis, et applicatio monasterio sanctimonialium congregationis beatæ Mariæ virginis ejusdem loci.

Venerabili fratri Karolo archiepiscopo Tyanensi ad tractum Rheni, ac partes inferiores Germaniæ Nostro, et Sedis apostolicæ nuntio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. **C**um inter cætera pia, ac proficua instituta, circa quæ virgines in monasteriis divino sponso famulantes sapienter versantur, ea esse recensenda, quæ in puellarum educatione, ac ad bonas artes, præcipue vero ad pietatem, et religionem illarum institutione occupantur, dubium non sit, decet propterea Nos in apostolicæ dignitatis culmine, licet nullis Nostris suffragantibus meritis, collocati ea omnia concedere, quæ ad tam utile, ac proficuum institutum fovendum, promovendumque pertinere dignoscimus, præsertim cum sublimiorum principum vota in id cumulantur, prout in Domino salubriter expedire conspiciamus.

Proemium.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilecta in Christo filia Maria Cunecunda abbatissa Essendiensis, quod in oppido civitate nuncupato Essendiensi, monasterium sanctimonialium de congregatione beatæ Mariæ virginis nuncupatarum erectum existit, cuius institutum est, puellarum educationi, et ad bonas artes, præsertim vero ad religionem institutioni sedulo vacare. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, monasterii hujusmodi regularis disciplina ob exiguum censum, cujus potitur, non parum dejecta fuerit; illamque licet ad suum pristinum candorem, et utilitatem revocare modis omnibus memorata abbatissa studuerit, nisi tamen congruis redditibus, ac proventibus illud ditetur brevi suas sollicitudines, ac curas hujusmodi in irritum cessuras fore videat, hinc cum in eodem oppido civitate nuncupato Essendiensi quatuor extent domus, seu conservatoria virginum, quæ etsi communiter vivant, ac vocatæ ægrotis, re-

Expositio præcum porrectarum ab abbatissa conventus Essendiensis.

cepta mercede, ministrent, ipsis nihilus cum nullis votis sint obstrictæ, nullamque profiteantur approbatam, ac confirmatam regulam, integrum est conservatoria, seu domus hujusmodi deserere, ac ad parentes, et propinquos pro lubitu revertere, deque bonis suis quomodolibet disponere; ad publicam autem utilitatem maxime pertineret, si altera ex dictis domibus, seu conservatoriis cum virgines trium superextantium domorum hujusmodi satis superque videantur in dicto oppido civitate nuncupato ægrotis, ut præferatur, ministrare, illa nempe de Kewen-Hagen, quæ dicto monasterio sanctimonialium congregationis beatæ Mariæ virginis adnexa est, eidem monasterio uniretur, et incorporaretur, prout uniri, ac incorporari moderna abbatissa prædicta summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Ratio, et tenor  
concessionis.

§. 3. Nos igitur serio considerantes, nedum utilitatem, sed etiam necessitatem consulendi ingenuæ, ac catholicæ puellarum dicti oppidi, civitatis nuncupat. Essendiensis educationi, idque fieri commode posse, si dictum monasterium congregationis beatæ Mariæ virginis satis congruo censu ditetur, immo etiam præ oculis habentes graves sumptus, quos eadem moderna abbatissa in advocandis undique magistris in dicto monasterio puellarum institutioni incumbentibus posuit, ut omnes sollicitudines, ac studia hujusmodi suum sortiantur effectum, eandem abbatissam specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte iacurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censeantes, hujusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tuæ de cujus prudentia, religionis zelo, ac summa in rerum gerendarum dexteritate plurimum in Domino confidimus, per præsentem committimus, ac mandamus, ut domum, seu conservatorium ægrotis ministrantium prædictum de Kewen-Hagen nuncupatum auctoritate Nostra apostolica supprimas, ac extinguas, ac suppressum, et extinctum esse decernas, atque declares. Bona vero mobilia, et immobilia, redditus, proventus, jura, et actiones quomodolibet ad illud spe-

ctantia, et pertinentia monasterio sanctimonialium congregationis beatæ Mariæ virginis prædicto eadem auctoritate unias, incorpores, ac adnectas, ac unita, incorporata, et adnexa esse, et fore statuas; ita tamen ut per dictum monasterium omnia onera, quibus eadem bona, fructus, redditus, ac proventus sunt gravata religiose adimpleantur, decernas. Virginibus autem seu puellis in eadem domo de Kewen-Hagen nunc communitè viventibus, aut dictum monasterium sanctimonialium congregationis beatæ Mariæ virginis ingrediendi, in eoque regularem vitam profitendi, aut ad paternam domum, cum nullis votis sint obstrictæ, revertendi, liberam actionem auctoritate apostolica des, et permittas; si vero ad paternam domum redire mavint, tunc ut eis, quæ in eadem domo, seu conservatorio de Kewen-Hagen citra duodecim annos permanserunt, dos in dictæ domus, seu conservatorii ingressu soluta una cum omni suppellectili, quam ad illas spectare constabit, restituatur, cures, ac studeas; eis vero, quæ ultra duodecim annos inibi pariter moram traxerunt, ex redditibus, fructibus, ac proventibus prædictis annua pensio, nec minor scutorum duorum de viginti, nec major trigentorum monetæ Romanæ, quoad vixerint, persolvatur dicta auctoritate mandes, et statuas. Nos enim tibi omnem, et quamcumque necessariam, et opportunam facultatem ad suppressionem, ac respectivè unionem, et subjectionem hujusmodi faciendam, perficiendamque faciendi, gerendi, ac exequendi, et exequi mandandi auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

§. 4. Decernentes has præsentis litteras, semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, ed ordinationibus apostolicis, nec non domus, seu conservatorii de

Derogatio eo: trariorum.

Kewen-Hagen prædicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Facultates speciales, et extraordinarias.

§. 6. Cæterum ne aliquod in actu executionis præsentium suboriatur dubium eidem fraternitati tuæ, cujus in Domino plenam fovemus fiduciam, omnem tribuimus facultatem, ut pro tui prudentia præmissa gerens agat etiam quidquid juxta contingentes circumstantias duxerit disponendum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta augusti millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

Dat. Romæ  
30. augusti  
1785  
anno XI.

DLIX.

Facultas singulis locorum ordinariis permittendi erectiones domorum congregationis clericorum Discalceatorum passionis D. N. J.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Unigeniti filii Dei Salvatoris Nostri Jesu Christi, qui pro reconcilianda auctori suo humana natura de cælis ad mundi hujus infima descendere, nostræque mortalitatis carnem sumere, et tandem errata nostra ineffabili dignatus est charitate diluere, vices, licet immeriti, gerentes in terris gregem Dominicum curæ Nostræ commissum omnibus modis ad viam salutis æternæ persolvere sata-

Bull. Rom. Tom. VII.

gentes, Christifidelibus, qui despectis hujus sæculi illecebris, in religionem Deo proprius famulari, ac proximum nedum verbo, sed etiam exemplo totis viribus a peccato avertere susceperunt, libenter ea concedimus, quæ ad divini cultus augmentum, proximi ædificationem, ac earumdem religionum commodum spectare cognoscimus, prout in Domino salubriter expedire arbitramur.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius modernus præpositus generalis congregationis clericorum Discalceatorum Passionis Jesu Christi nuncupatorum, quod cum alias pro parte tunc existentis præpositi generalis congregationis prædictæ supplices preces Nobis oblatæ fuerint, quibus ad removendas omnes difficultates, quæ in erectione domorum, seu recessuum suæ congregationis a regularibus forsitan suscitari possent, de solo ordinarii locorum, ubi novas domus, aut recessus hujusmodi erigi pro tempore contigisset consensu, id fieri posse postulabatur. Nos ex causis animum Nostrum tunc moventibus petitionem hujusmodi in suspenso reliquimus, ac volumus in peculiaribus casibus dumtaxat a congregatione prædicta Nostram implorari apostolicam auctoritatem. Cum autem Nobis nuper constare fecerit dictus præpositus generalis archiepiscopos, episcopos, cæterosque locorum ordinarios propter jurgiorum, ac litium metum abstinere, quominus foundationes hujusmodi adjuvent; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Expositio precum porrectarum a præposito generali congregationis

§. 3. Nos igitur quantum Christifidelibus ex congregationis prædictæ propagatione spiritualis utilitatis, et divini cultus augmenti provenire queat considerantes, ac memoratum præpositum generalem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium episcoporum, et regularium negotiis præpositorum consilio, omnibus archiepiscopis, episcopis, cæteris-

Tenor concessionis.

que locorum ordinariis novas fundationes domorum, ac recessuum congregationis prædictæ in locis earum respective diocesium, in quibus duodecim saltem clerici prædicti sine præjudicio, aut detrimento regularium iater ambitum quatuor millium passuum præexistentium commode vivere possint, nullo prævio eorumdem regularium consensu, ac quovis remoto recurso permittendi, illisque concedendi plenam, et amplam facultatem confirmamus, et quatenus opus sit, de novo concedimus, et impertimur: salva tamen semper in præmissis ejusdem congregationis auctoritate.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes has præsentis litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non a felicis recordationis Gregorio pp. XV. prædecessore Nostro decreto die xvii. augusti MDCXXII. emanato, aliorumque ordinum etiam Mendicantium etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgiis, et litteris apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat spe-

cialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem sub annulo piscatoris die trigesima augusti millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

DLX.

Dat. Romæ  
9. septembris  
1755  
anno XI.

Confirmantur statuta civitatis Tuscanellæ super aggregatione ad consilia et nobilitatem.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii confalonieri, et magistratus consilii civitatis Nostræ Tuscanellæ, quod ad componendas aggregationes, reintegrationes, ac etiam futuras admissiones ad consilia, et gradus magistraturæ ejusdem civitatis nonnulla exararunt statuta cum auctoritate præsidis provinciæ tenoris, qui sequitur:

Expositio præsentium a magistro porrectarum.

PROEMIO

§. 2. Essendosi risoluto nell'ultima congregazione del bussolo, coll' autorità, e presenza di monsignor presidente della provincia di venire ad una collezione di leggi, e riforme in ciò che appartiene alle aggregazioni, e reintegrazioni, come anche in ciò, che riguarda le future ammissioni ai consigli, ed ai gradi della magistratura, affinché con più chiarezza si proceda ne' casi premessi, e si tolga ogni occasione di disputa, o questione, abbiamo formati i presenti statuti coll' autorità del nostro officio, e da perpetuamente, ed inviolabilmente osservarsi. E poichè due sono i consigli, cioè uno di Cernita chiamato anche segreto, l'altro generale; due sono gli ordini della città distinti dal popolo, e dalla plebe, cioè il nobile, ed il civico; e due finalmente sono i gradi della magistratura, cioè il primo de' confalonieri, il secondo degli anziani in conformità del nostro statuto approvato dalla santa memoria di Niccolò pp. V. abbiamo distinte nelle seguenti rubriche le presenti costituzioni.

Tenor statutorum.

## RUBRICA I.

*Delle aggregazioni all'ordine civico.*De aggregatio-  
ne in ordine  
civico.

§. 3. Inerendo a quanto dispongono le nostre leggi municipali, stabiliamo, ed ordiniamo, che chiunque in avvenire voglia essere ammesso al grado civico, debba essere di onesti natali, e discendenza; che non eserciti, od abbia esercitato alcun' arte meccanica; che viva commodamente, e che possedga tanto nella città, che sia sufficiente per mantenersi con quel lustro, e decoro, che esige il grado suddetto. Quando il postulante avrà ciò pienamente giustificato avanti il confaloniere, ed anziani residenti, mediante la verificaione da farsi per gli atti del segretario della città, dovrà l'istanza proporsi nel bussolo de' statutarj, e secondo il costume ballottarsi a voti segreti. S'intenda vinta, se riporta un voto affermativo sopra la metà. Vinto che uno sia, resti descritto nel numero de' cittadini, colle facultà d'intervenire ai consigli generali, giunto che sia all'età di vent' un anno; di ottare in caso di vacanze ai gradi degli anziani; e di godere tutti gli onori, e privilegi, che godono gli altri cittadini descritti in detto grado civico.

## RUBRICA II.

*Dell' aggregazione all'ordine nobile.*De cooptatio-  
ne in ordinem  
nobilem.

§. 4. Quelli i quali in avvenire vorranno essere ammessi all'ordine nobile di Toscanella o sono cittadini, o sono forensi. Se sono del grado civico della nostra città, dovranno provare la detta cittadinanza, coll'esercizio regolare delle cariche civiche, e di avere tali, e tante sostanze, e rendite, onde possino sostenere il grado con quel decoro, che si conviene all'ordine nobile. Se poi sono forensi, dovranno provare di godere, ed i loro ascendenti di aver goduto i primi onori della loro patria per cento anni; di essere vissuti per detto tempo a guisa de' nobili, e di avere tali, e tante facultà, e rendite, onde possino sostenersi con decoro nel grado suddetto. Oltre a ciò detti forensi prima di essere ammessi, dovranno stabilirsi nella città. O vorranno la nobiltà per sola onorificenza, e con essere ammessi al solo esercizio delle cariche no-

bili, ed allora dovranno avere nella città una convenevole casa; o vorranno essere ammessi al godimento di tutti gli altri comodi, che gode il cittadino ed il nobile, ed allora dovranno oltre la casa abitare, e stabilire la somma di duecento libbre d'argento. Se poi detti concorrenti sieno baroni, o sieno nobili di altra città, che faccia nobiltà generosa, fatto il dotto della possidenza, e stabilitisi come sopra, saranno sufficienti requisiti per essere ammessi. Il concorrente pertanto dovrà dar supplica alla congregazione de' confalonieri, la quale legittimamente congregata deputi due nobili, i quali per gli atti del segretario della città formino il processo dei requisiti suddetti, e da questi riconosciutosi abili si ponga a partito in altra congregazione de' confalonieri, e sia ammesso, se avrà un voto affermativo sopra la metà. Vinto che sia, si descriva nel libro d'oro collo stemma della famiglia, e goda egli, e suoi discendenti tutti gli onori, e privilegi, che godono gli altri nobili, e come tali sieno anche per discendenza considerati.

## RUBRICA III.

*Dell' elezione all'anzianato.*De electione  
antianatus.

§. 5. L'anzianato, secondo il nostro statuto libro I. rubrica 35. è il secondo grado della magistratura, a cui debbono essere ammessi quei, che sono dell'ordine civico, ai quali un tal grado è riservato. Subito dunque, che uno è aggregato all'ordine civico, acquista il dritto di ottare all'esercizio di detto anzianato. Siccome però due sono i gradi dell'anzianato, cioè primo, e secondo, così dovrà procedersi nell'elezione di questi nel modo seguente. Prima di tutto, dovrà porsi in caso di vacanza il cittadino nella borsa degl'ultimi anziani detta de' Spicciolati: nelle successive vacanze in palla piena di detto grado, dalla palla piena dell'ultimo grado, si passi nella borsa de' Spicciolati de' primi anziani, e da detta borsa, in palla piena d'anziano primo. Questi passaggi si facciano nel bussolo de' statutarj per voti segreti, avendo riguardo alla maggiore antichità della famiglia, e questo passaggio dovrà darsi allora, quando non vi sieno o figli, o fratelli, o nepoti per linea discendentale dell'anziano premorto, i quali in questo caso deb-

bono succedere al padre, al fratello, ed all'avo. Nessuno possa essere ammesso a detto esercizio se non è in età di anni venticinque, come dispone il nostro statuto.

#### RUBRICA IV.

##### *Dell' elezione del confaloniere.*

*De electione vexilliferi.*

§. 6. Vole il nostro statuto al libro 1. rubrica 35. che a questo primo grado di magistratura sieno ammessi solamente i nobili primati della città, riservando il dritto di successione ai discendenti. Che però inerendo alla medesima statutaria disposizione, ordiniamo, che siccome ognuno descritto all'ordine nobile ha il dritto, colla sua discendenza di essere ammesso alla magistratura nel grado di confaloniere non essendovi o figli, o fratelli, o nepoti, per linea discendentale in età abile per occupare il luogo vacato tanto de' confalonieri in palla piena, quanto de' confalonieri esistenti in borsa d'oro, i quali debbono in ogni caso succedere, ed essere preferiti, così in mancanza di questi, si elegga uno de' nobili, che sono fuori d'esercizio, e così sempre, che vi sieno le dette famiglie. In mancanza di queste si elegga ad un tal grado uno degli anziani primi, osservando in questo caso quanto vien disposto nella rubrica 2. de' presenti statuti. Chiunque pertanto dovrà essere ammesso nelle vacanze al confalonierato, nel caso, che non vi sieno discendenti abili a detto officio dovrà essere posto nella borsa d'oro, e da questa in seguito estratto a sorte; passerà secondo le vacanze in palla piena. Non deve alcuno ammettersi a tale officio, se non è in età di anni venticinque. L'abito del confaloniere, è come quello dell'anziano, rimane da questo distinto coi fiocchi d'oro alla fascia, e cordoni, e fiocchi d'oro al fongo, o sia cappello, che è privata del solo confaloniere, come il grado è riservato pe' soli nobili.

#### RUBRICA V.

##### *Della reintegrazione alla nobiltà*

*De reintegratione ad nobilitatem.*

§. 7. Sebbene colla mutazione del domicilio non si perda affatto la nobiltà acquistata, nondimeno per la lunga assenza, si perde l'esercizio delle cariche nobili. Che però se qualche

famiglia si è esentata lungamente deve domandare la reintegrazione, la quale ottenendo, s'intenda conceduta anche agli ascendenti intermedj, se non ostano l'esercizio di arti infami, e meccaniche, ed altre azioni indegne, e purchè sieno sempre vissuti a guisa de' nobili, e costì ancora, che non vi sieno cose in contrario, che possano denigrare in qualche parte la nobiltà. Per ottenere questa reintegrazione, ritornato, che uno sia ad abitare nella città, deve il postulante avanzarne la supplica, e dovrà formarsene il processo, secondo la rubrica 2. del presente statuto, oltre l'esame di quanto si contiene nella presente rubrica.

#### RUBRICA VI.

##### *Del consiglio segreto*

§. 8. Il consiglio segreto è quello, che dee sempre premettersi al consiglio generale. In esso si risolvono tutte le materie, che non eccedono la somma di scudi cinquanta, e dove si stabilisce tutto ciò, che dee proporsi al consiglio generale. Questo consiglio, oltre il magistrato residente, dee essere composto di dodici nobili, nè dee oltrepassare il detto numero, che però al medesimo debbono intervenire tutti i confalonieri, tanto in palla piena, che in borsa d'oro. Mancando alcuni di essi al detto numero, debbono intervenire gli altri nobili, che vi sono, ed in mancanza di questi gli anziani primi, secondo l'ordine dell'anzianità dell'officio. Due terzi di questi, secondo lo statuto, e consuetudine, sono sufficienti per essere legittimo, e per poter risolvere.

*De consilio secreto.*

#### RUBRICA VII.

##### *Del consiglio generale.*

§. 9. Nel consiglio generale debbono intervenire tanto i nobili, che i cittadini. Il numero de' consiglieri, oltre il confaloniere, ed anziani residenti può giungere fino al numero di trentasei; ma secondo le leggi fin qui osservate, è sufficiente il numero di sedici per renderlo compito, e legittimo.

*De consilio generali.*

## RUBRICA VIII.

*Della congregazione del bussolo.*De congrega-  
tione bussuli.

§. 10. Il bussolo si raduna ogni due anni per dare il giro consueto alle magistrature, e per istabilire, e riformare le leggi. Questa congregazione, oltre il confaloniere, ed anziani residenti, dee esser composta di sedici nobili; che però alla medesima debbono intervenire tutti i confalonieri tanto in palla piena, che in borsa d'oro, e gli altri nobili. Mancando qualcheuno al detto numero, debbono per compimento chiamarsi gli anziani primi, secondo l'anzianità dell' officio.

Tenor aposto-  
licæ confirma-  
tionis.

§. 11. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ut præinserta statuta firmius subsistant, et serventur exactius auctoritatis Nostræ apostolicæ patrociniò communiri summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere, de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, attenta dilecti filii Joannis Baptistæ Mirelli gubernatoris civitatis Nostræ Viterbiensis relatione, præinserta statuta auctoritatis apostolicæ tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque apostolicæ firmitatis robur adjuicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Clausula sub-  
lata, et decre-  
tum irritans.

§. 12. Decernentes has præsentis literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque et non aliter in præmissis per quoscumque iudices ordinariorum, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 13. Non obstantibus præmissis, Derogatio con-  
trariorum. et quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ civitatis Tuscanellæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habeatis, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub anulo piscatoris die secunda septembris millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

DLXI.

Dat. Romæ  
6. septembris  
1785  
anno XI.

Confirmatio kalendarii, breviarii, missalis, et martyrologii pro fratribus minoribus sancti Francisci de obedientia nuncupatis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Religiosos ordines, quos Præsum. tamquam fertilia agri Dominici plantaria circumspecta Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum providentia instituit, in visceribus paternæ gerentes charitatis, fratrum minorum ordinem viris sanctitate, pietate, religione, sacrarum,isque ancillantium bonarum literarum scientia, ac propriæ, alienæque salutis studio maxime præditis fulgentem, singularibusque in divinam psalmodiam, et in hanc sanctam Sedem meritis conspicuum peculiari apostolicæ dilectionis affectu complectimur, proinde eidem modo in id



studium incumbenti; ut libri omnes divini officii ad usum professorum ipsius ordinis, aliorumque quam emendatissimi, et ad recentiorum apostolicæ Sedis dispositionum normam exacti, legibusque nonnullis, et concessionibus ornati in lucem prodeant, libenter prospicimus, atque opportunæ provisionis remedium exhibemus, prout in Domino salubriter expedire conspiciamus.

Exponitur libros fuisse jam emendatos a congregatione cardinalium ad id specialiter deputata.

§. 2. Cum Nos alias precibus dilecti filii Paschalis a Varisio totius ordinis minorum sancti Francisci ministri generalis, Nobis humiliter porrectis annuentes, ut editio breviarii, diurni, missalis, et martyrologii Romano-Seraphici denuo faciendæ juxta kalendarium dicti ordinis anno MDCCLXXXI. correctum, et a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum approbatum cumulate perfecta foret, dilectos filios Nostrorum Antonium Eugenium Vicecomitem, Joannem Archintum, et Gregorium Salviati Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales in revisores dictorum operum cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis ad hoc, ut ipsi, et eorum singuli, si quæ in dictis operibus moderanda, immutanda, et corrigenda, seu etiam expungenda reperissent, juxta datam ipsis a Domino prudentiam moderarentur, immutarent, corrigerent, et expungerent, deputaverimus, et quum prius quam operi manus imponeretur, memoratus Gregorius cardinalis Salviati aliis curis distentus correctioni, et moderationi hujusmodi incumbere haud posset, in ejus locum dilectum itidem filium Nostrum Joannem Karolum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalem Boschi nuncupatum suffecerimus, simul ac iterum die nempe septima septembris MDCCLXXXIV., et duodecima maii currentis anni memorati cardinales Boschi, Vicecomes, et Archinto simul convenerunt; collatisque consiliis imprimi posse statuerunt cum breviarium, diurnum, et missale, tum martyrologium, quod Romano-Seraphicum appellatur, iis tamen expunctis, moderatis, immutatis, atque correctis, quæ longe, maturoque labore, ac diligenti præmisso examine, immutanda, corrigenda, aut etiam expungenda tunc censuerunt.

Preces porrectæ pro eorum confirmatione.

§. 3. Posthæc, cum dictus Paschalis novum supplicem libellum Nobis porrexit pro obtinendis literis aposto-

licis in simili forma Brevis, quibus non solum superius relata confirmarentur, sed etiam eae constituerentur peculiæ leges, facultatesque concederentur, quæ magis forent opportunæ pro usu, et promulgatione cum breviarii, diurni, et missalis, tum martyrologii prædictorum.

§. 4. Nos cum hasce preces iisdem cardinalibus remiserimus, ac eundem ministrum generalem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audita prius relatione dilecti filii Julii Mariæ della Somaglia congregationis dictorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum, nec non congregationis dictorum trium cardinalium, ut præfertur, deputatæ secretarii, de eorundem cardinalium Boschi, Vicecomitis, et Archinti consilio cum breviarium, diurnum, et missale, tum martyrologium in dictis congregationibus die septima septembris anni MDCCLXXXIV., et duodecima maii currentis anni MDCCLXXXV. habitis approbata cum omnibus, et singulis immutationibus, moderationibus, correctionibus quibuscumque, ac nonnullis in dicto kalendario anni MDCCLXXXI. tunc decretis auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis firmitatis robur adiicimus.

Tenor apostolicæ confirmationis.

§. 5. Præterea omnibus, et singulis superioribus, fratribus, aliisque quibuscumque personis cujuscumque gradus, et status, et quovis tempore dicto ministro generali pro tempore existenti quomodolibet subjectis, qui, et quæ ad horas canonicas sive in choro, sive extra illum recitandas tenentur, et tenebuntur, in quibuscumque provinciis, custodiis, conventibus, monasteriis, et locis tam citra, quam ultra montes, et maria, universoque in orbe degentibus, ut postquam breviarium, diurnum, missale, et martyrologium Romano-Seraphicum hujusmodi, ut præmittitur, emendata, correctæ, et approbata in lucem prodierint, ac in suis respective locis evulgata fuerint eadem scilicet breviarium, diurnum, missale, et martyrologium Romano-Seraphicum,

Præceptum de recipiendis novis libris in quolibet monasterio, custodia, et provincia.

ita tamen ne conventus, aut religiosi oneri novarum expensarum citra necessitatem subiciantur, ut veterum librorum usus, donec vetustate consumpti fuerint, continuari possit, dummodo servetur novissima eorundem librorum forma, ideoque ea etiam reciteatur omnia, quæ in eisdem correctæ, vel innovata sunt, juxta impressionem, curante ministro generali prædicto seorsum faciendam hujusmodi correctionum, et innovationum, adhibere, iisque omnino uti auctoritate, et tenore prædictis in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, et mandamus.

Declaraciones  
speciales.

§. 6. Volumus insuper, ut pristinis martyrologiis, kalendaris, breviariis, diurnis, ac missalibus, in iis dumtaxat, quæ huic novissimæ ipsorum recognitioni, seu reformationi adversantur abolitis in perpetuum, et suppressis, atque ipsorum usu interdicto, ea tamen ratione, quæ superius fuit expressa, tenor supradictorum librorum in omnibus servetur; sublata monialibus ministro generali hujusmodi pro tempore existentibus subjectis, quæ vel jam nunc breviario fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia nunc utuntur, vel illius usum in posterum sponte elegerint, facultate deinceps variandi.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 7. Non obstantibus literis felicis recordationis Benedicti pp. XIV. prædecessoris Nostri in simili forma Brevis pro approbatione breviarii, missalis, kalendaris, et martyrologii fratrum ordinis minorum sancti Francisci Conventualium nuncupatorum die decima sexta februarii anni 1742 expeditis, nec non duobus decretis memoratæ congregationis cardinalium sacris ritibus præpositorum die vicesima tertiâ mensis novembris anni MDCLXXXVI. et die xxx augusti anni MDCLXXXVII. editis, quibus auctoritate apostolica per præsentem derogamus, iisque in ea, quæ superius disposita adversantur, derogare intendimus. Monialibus vero sanctæ Claræ tertii ordinis sancti Francisci, Conceptionistis, Coletaneis, de Annuntiata, aliisque peculiaris alicujus breviarii recitationi nullo sanctæ Sedis præcepto obstrictis, quæ vel sint instituti conjunctionem aliquam, seu connexionem in sui origine, aut progressu cum ordine minorum habentis, vel breviario alicujus instituti minoritici legitime utantur, sive aliquando usæ fuerint, nec non personis tertii status tertii ordinis sancti Francisci choro non obligatis, etiamsi ministri ge-

*Bull. Rom. Tom. VII.*

neralis regulari directioni non subsint; breviario, diurno, missali, ac martyrologio Romano-Seraphicis; ita tamen ut hactenus recensitæ, aliæque omnes personæ hanc facultatem habentes, vel habituræ, quæ usum illorum librorum jam elegerant, seu eligent, ad eosdem libros, quoad kalendarium, rubricas, ceterasque omnes, et singulas eorum partes se debeant conformare perpetuis futuris temporibus utendi plenam, et amplam facultatem auctoritate, et tenore prædictis confirmamus, et respective impertimur; sicuti pariter monialibus omnibus, aliisque quibuscumque personis, quæ ex Nostro, vel ex Sedis apostolicæ vel præcepto, vel facultate iisdem libris utuntur, aut postea utentur, ut kalendarium respective provinciæ, seu custodiæ, quod adhibent, seu adhibebunt per omnia, etiam quoad officia, et quaslibet officiorum partes, quæ fratribus ipsius provinciæ, seu custodiæ concessa, vel concessæ fuerunt, vel in posterum concedentur, sequi libere, ac licite possint, et valeant auctoritate, et tenore prædictis concedimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis memoratorum cardinalium sacris ritibus præpositorum.

§. 8. Nec non, ut nemo tam in alma urbe Nostra, ac universa ecclesiastica ditione mediate, vel immediate Nobis, ac successoribus Nostri Romanis pontificibus subjecta, quam extra ditionem hujusmodi breviarium, diurnum, missale, et martyrologium hujusmodi sine speciali dicti Paschalis a Varisio moderni, aut pro tempore existentis ministri generalis totius ordinis minorum sancti Francisci toties quoties imprimi contigerit in scriptis obtenta licentia imprimere, aut alibi præterquam, ut præfertur, impressa vendere, aut venalia habere, vel proponere possit auctoritate, et tenore prædictis pariter concedimus, et indulgemus. Interdicentes propterea, sub penis canonicis contentis in constitutionibus apostolicis breviario, et missali Romanis præfixis, quibuscumque personis quantumlibet speciali mentione dignis quacumque de causa, et occasione faciant, aut fieri permittant in futuris eorundem librorum, ut supra, approbatorum editionibus sine speciali licentia, et approbatione sanctæ Sedis nullam, vel minimam additionem, deductionem, variationem, insertionem in aliquo ex eisdem libris, et signanter in kalendario, ac rubricis, exce-

Prohibitio im-  
primendi eos-  
dem libros  
absque licen-  
tia.

ptis tantummodo additionibus, mutationibus, correctionibus, et insertionibus in corpore eorundem faciendis vi novarum concessionum sanctæ Sedis circa officia, eorumve rituum, aut partem aliquam, seu aliquas; dummodo unaquæque huiusmodi innovatio consentanea procul dubio sit concessionibus ipsis, ac respective rubricis generalibus, vel peculiaribus, talisque reapse esse iudicetur a religiosis sacrorum rituum peritis in loco impressionis existentibus, atque ad illud a respectivo superiori generali nominatim deputatis.

Præceptum de servandis decretis sacre congregationis Rituum.

§. 9. Cæterum vero, si aliquod, aut aliqua fuerint sacrorum Rituum congregationis prædictæ responsa sive edita, ante hæc, dummodo versentur super capite aliquo, vel aliquibus, quæ in rubricis peculiaribus decisa non sunt, sive in posterum ædenda, quæ ad notitiam personarum recensitis libris utentium necessarium, vel utile sit deduci, ne sub eisdem pœnis, nisi integra, et ad verbum in loco separato, ac distincto tum a rubricis generalibus, et peculiaribus, tum a corpore respectivi libri, in ipso autem corpore, si opus sit, suo loco dumtaxat citanda imprimi possint prohibemus.

Pœna contra inobedientes.

§. 10. Inhibentes insuper quibuscumque Christifidelibus, præsertim librorum impressoribus, et bibliopolis sub stricto sanctæ obedientiæ præcepto, et quoad personas Nobis, et apostolicæ Sedi subjectas, etiam sub pœnis quingentorum ducatorum auri de camera, ac ammissionis librorum, et typorum omnium cameræ Nostræ apostolicæ irremissibiliter applicandorum, ne brevium, diurnum, missale, et martyrologium huiusmodi post hæc perpetuis futuris temporibus sine speciali ministri generalis prædicti pro tempore existentis licentia toties quoties imprimi contigerit in scriptis obtenta, et in libro eodem integre una cum præsentibus Nostris literis imprimenda typis imprimere, vel ab aliis sine ejusmodi licentia impressum vendere, aut venalia habere, vel proponere quoquomodo audeant, et præsumant; ac propterea omnibus et singulis personis, quibus juxta prædicta alio breviario, diurno, et martyrologio, uti minime fas est; iisdem libris sine prædicta licentia impressis, et evulgatis sub pœnis per constitutiones ordinis prædicti præscriptis, aliisque per dictum ministrum generalem pro tempore existentem super hoc infligendis uti possint prohibemus. Mandantes propterea dilectis filiis Nostris, et aposto-

licæ Sedis de latere legatis, seu eorum vice-legatis, ac præsentibus, et gubernatoribus, prætoribus, et aliis iustitiæ ministris provinciarum, civitatum, terrarum, et locorum status Nostræ ecclesiastici prædicti, quatenus eidem moderno, et pro tempore existenti ministro generali in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, quando cumque ab eodem ministro generali fuerint requisiti, pœnas prædictas contra quoscumque inobedientes irremissibiliter exequantur.

§. 11. Decernentes has præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 12. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dicti ordinis, ac quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentis Nostræ prohibitionis literæ in principio, vel in fine dictorum brevium, diurni, missalis, et martyrologii Romano-Seraphici inserantur, et imprimantur, et ut earundem præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die sexta septembris millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostræ anno undecimo.

Derogatio contrariorum.

Dist. Romæ  
9. septembris  
1785  
Anno XI.

DLXII.

Honores, et privilegia concessa præsulì Campanelli intimo cubiculario, auditori, et utriusque Signaturæ referendario;

Dilecto filio magistro Philippo Campanelli nobili Mathilicensi, utriusque Signaturæ referendario, ac intimo Nostro cubiculario, et auditori,

Pius PP. VI.

Dilecte fili

Salutem, et apostolicam benedictionem

Proemium.

§. 1. Circumspecta Romani pontificis gratiarum dispensatoris providentia devotos, ac fideles suos, illos præsertim, qui grata familiaritatis obsequia jugiter ei impendunt, ac quos ad id alias propria virtutum merita commendant, honoris, et famæ amplioribus præconiis, ac præclaris dignitatibus titulis decorare, et ornare; nec non specialis benevolentia fovoribus amplecti solent, prout personarum qualitatibus conspicit convenire.

Electio in notarium, nobilem, et equitem.

§. 2. Hinc est, quod Nos ad grata familiaritatis obsequia, quæ tu, qui etiam continuus commensalis Noster existis Nobis hætenus impendisti, et adhuc sollicitis studiis impendere non desistis; nec non ad vitæ, ac morum honestatem, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, quibus personam tuam etiam familiari experientia juvari percepimus, condignam rationem habentes, ac propterea eandem personam tuam peculiaris favore gratiæ, ac specialis honoris, et excellentiæ dignitatis titulo sublimare volentes, teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro te, super hoc oblata petitionis instantiam, sed de mera liberalitate, et certa scientia Nostris, ac de apostolicæ potestatis plenitudine te in Nostrum, et Sedis apostolicæ notarium (sine tamen præjudicio dilectorum filiorum notariorum de numero participantium) ap-

Bull. Rom. Tom. VII.

stolica auctoritate tenore præsentium recipimus, et sacri palatii, et aulæ Lateranensis comitem, nec non auratæ militiæ equitem, ac nobilem Romanum, et urbis Romæ, ac civitatum Avenionensis, Bononiensis, Ferrariensis, et Beneventanæ, omniumque, et singularum aliarum civitatum, terrarum, et locorum Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectorum civem cum omnibus juribus, jurisdictionibus, prærogativis, et insignibus debitis, et consuetis creamus, et constituimus, ac in numerum, et consortium aliorum Nostrorum, et ejusdem Sedis notariorum, nec non palatii, et aulæ hujusmodi comitum; equitum, et nobilium Romanorum, aliorumque civium civitatum, et terrarum prædictarum referimus, et conscribimus.

§. 3. Tibique, etiamsi habitum; et rochetum notariorum dictæ Sedis juxta decreta Lateranensis concilii novissime celebrati non deferas, aut civitates hujusmodi non incoleris, nec unquam in iisdem civitatibus domicilium habueris, ut omnibus, et quibuscumque privilegiis, et facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, et indultis, quibus cæteri omnes notarii Nostri etiam de numero participantium, ac comites, equites, et nobiles (circa tamen exemptiones a sacro concilio Tridentino sublatis) ita ut nedum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia subiaceas ordinariis, ac circa facultates legitimandi, ad gradus promovendi, notarios, seu tabelliones creandi, aliaque hujusmodi privilegia a notariis, et comitibus præfatis prætensa, ita ut illis nullibi uti valeas, ac irritum, et inane existat, quidquid secus per te, attentari contigerit, nec non cives originarii etiam in dignitatibus, beneficiis, et officiorum ecclesiasticorum, ac secularium etiam ex personis Romanorum civium originariorum vacantium assecutione, et exercitio tam in urbe, quam in omnibus, et singulis civitatibus prædictis, et alias ubique locorum, et gentium, nec non sessionum, et conventuum, utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ad instar, sed pariformiter, et æque principaliter, ac si privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, et indulta hujusmodi pro te emanassent, uti, potiri, et gaudere, ac in omnibus, et singulis apostolicis, aliisque literis, instrumentis, et scripturis publicis, ac

Communicatio privilegiorum.

privatis deinceps nomine tuo conficiendis notarium, comitem, equitem, et nobilem, et de nobili genere ex utroque parente procreatum, nec non Romanæ, et aliarum civitatum, et terrarum civem, prout libuerit, te inscribere, et illis subscribere valeas, ac pro vero, et non ficto notario, comite, equite, et nobili, ac cive habearis, nihilque, qualecumque illud fuerit, cum iis subscriptionibus subreptitium, vel obreptitium, aut invalidum, sed illud idem efficax in omnibus censeatur.

Licentia de gestandis insigniis pontificiis, et erogandi in proprios usus fructus beneficiorum.

§. 4. Nec non honoris causa insignia gentis nostræ, sive integre, sive cum tuis respective composita, gestare possis, prout tibi placuerit; concedimus. Et insuper te, tuaque beneficia, et officia ecclesiastica quæcumque, quotcumque, et qualiacumque, illorum fructus, res, et jura ubicumque locorum, regnorum, et provinciarum, nec non in urbe, civitatibus, terris, et locis eidem Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis consistentia, prædia, domos, possessiones, et bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, et immobilia, ac se moventia, nec non actiones, et jura præsentia, et futura cujuscumque qualitatis, quantitatis, et naturæ, ac cujusvis etiam annui valoris, fructus, redditus, et proventus hujusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quæcumque a te vendenda, ac pro tuis, et familiæ tuæ usibus emenda ab omnibus, et quibuscumque decimis, quartis, et dimidiis partibus, subsidiis etiam charitativis, nec non vectigalibus, portoriis, tributis, datis, pedagis, collectis, et quocumque alio nomine nuncupatis, angariis, perangariis, cæterisque oneribus, et contributionibus tam urbanis, quam rusticis, ordinariis, et extraordinariis, realibus, personalibus, et mixtis, etiam ratione munitionum mœnium, et pontium, portarum, et moliturarum, ac mercium cujuscumque generis transitus, seu passus, et vecturæ etiam in aliud territorium, seu provinciam, terra, mari, et flumine, nec non equorum mortuorum, stabulationum militum, aut quacumque alia quantumvis gravi, et gravissima causa (pro subventionem contra infideles dumtaxat excepta) nunc, et pro tempore impositis; ita quod tu nihil omnino horum, aut aliorum similium subire tenearis, nec per cameræ apostolicæ, aut alios commissarios, seu vectigalium, et tributorum hujusmodi redemptores, conductores, et exactores quocumque pri-

vilegio, exemptione, et facultate suffultos, alias quam, ut præmittitur, valeas coarctari (quoties servitiis nostris institeris dumtaxat) eximimus, et liberamus.

§. 5. Ad hæc tecum, ut quæcumque duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus tectis quæcumque trium cathedralium, etiam metropolitanarum, aut aliarum etiam collegiatarum ecclesiarum consistentia, etiamsi unum ex illis omnibus cum cura, aut dignitas etiam major, et principalis, canonicatus, et præbenda, personatus, administratio, vel officium fuerit, aut ad dignitatem, personatum, administrationem, vel officium hujusmodi consueverit quis per electionem assumi, eique cura etiam jurisdictionalis immineat animarum, si tibi alias canonice conferantur, aut tu eligaris, præsentaris, aut alias assumaris ad illa, et instituaris in eis, recipere, et dummodo illa omnia (uno excepto) personalem residentiam non requirant, insimul, quoad vixeris, retinere; nec non etiam, quamdiu Nobis inservieris tantum, in beneficiis ecclesiasticis, etiam curatis (non tamen parochialibus, nec curatis cum cura animarum parochianorum) per te pro tempore obtentis etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio personalem residentiam requirentibus, etiamsi dignitates in cathedralibus, etiam metropolitanis post pontificalem majores, ac collegiatis ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non tenearis, nec per locorum ordinarios, aut ecclesiarum earundem capitula, seu quosvis alios ad resideadum interim in illis invitus compelli possis, omnesque, et singulos nihilominus tuorum beneficiorum obtentorum fructus, redditus, et proventus, durante servitio præfato, cum ea integritate (distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis) cum qua illos perciperes, si in iisdem ecclesiis, seu locis personaliter resideres, percipere, exigere, et levare; ac interim, vel postmodum, si volueris, in Romana curia, vel extra eam a quocumque, quem malueris, catholico antistite gratiam, et communionem ejusdem Sedis habente, quem duxeris eligendum, ad omnes etiam sacros, et presbyteratus ordines aliquibus tribus dominicis, vel aliis festivis diebus, etiam extra tempora ad id a jure statuta proprii ordinarii, aut cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, si alias ad id idoneus re-

Privilegium pro consecutione plurimorum beneficiorum etiam cum cura animarum.

pertus fueris, super quo antistitis conscientiam oneramus, promoveri, et promotus in illis, etiam in altaris ministerio ministrare, nec non, etiamsi presbyter fueris, ac dignitates, et officia obtinueris, leges, et jura civilia etiam publice in scholis, et universitatibus studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo trigesimum ætatis annum non excesseris, audire, et si habilis, et sufficiens repertus fueris, etiam ad doctoratus gradum in hujusmodi facultate te promoveri facere, ipsaque jura etiam publice docere, atque iudicis, advocati, et procuratoris officium in causis ecclesiasticis, et civilibus tantum exercere libere, et licite possis, et valeas, auctoritate, et tenore præfatis de specialis dono gratiæ dispensamus.

Licentia de eligendo confessore qui ab omni censura cum absolvere possit.

§. 6. Liceat quoque tibi aliquem idoneum, et approbatum ab ordinario presbyterum secularem, vel cujusvis ordinis regularem in tuum eligere confessorem, qui vita tua comite te a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, et per te incursis, et quibus te etiam apostolica auctoritate illaqueari contigerit, etiamsi absolutio Nobis, et successoribus Nostris Romanis pontificibus pro tempore existentibus specialiter, vel generaliter reservata existat, et quorumcumque votorum, et Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, homicidio casali, manuum violentarum in quasvis personas etiam ecclesiasticas (non tamen episcopos, vel alios superiores prælatos) de præterito injectionibus, seu consilii, vel favoris ad id præstationibus, jejuniorum omissionibus (non tamen recitationis horarum canonicarum, aliorumque divinarum officiorum) et denique ab omnibus, et quibuscumque aliis peccatis, criminibus, et excessibus, ac delictis quantumcumque gravibus, et enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta merito consulenda foret, ac in quibuscumque constitutionibus apostolicis contentis semel tantum in vita, et mortis articulo, in reliquis vero dictæ Sedi quomodocumque reservatis, aliisque quibusvis casibus semel in anno, confessionibus tuis diligenter auditis (sine tamen alicujus præjudicio) auctoritate apostolica absolvere, et tibi pro commissis pœnitentiam injungere salutarem, nec non vota quæcumque (ultramariano, visitationis liminum

beatorum Petri, et Pauli apostolorum, castitatis, et religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeat.

§. 7. Tibique ulterius, ut quicumque loci ordinarii, vel canonici metropolitanarum, seu aliarum cathedralium ecclesiarum, aut personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ tam in dicta curia, quam extra eam, ad id per te coram notario, et testibus fide dignis eligendi, seu eligendæ quascumque pensiones annuas tibi super mensarum abbatialium, seu capitularium, ac episcopialium, et archiepiscopialium, ac quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, et sine cura secularium, ac quorumvis ordinum, et militiarum regularium, etiam hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani quomodocumque, et qualitercumque qualificatorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et distributionibus etiam quotidianis, seu illorum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones, et emolumenta tibi nunc, et pro tempore assignata reservata, seu assignanda, et reservanda, pro summa videlicet tercentorum ducatorum auri de camera quandocumque tibi placuerit, simul, vel successive in toto, vel in parte, etiam in mortis articulo cassare, et extinguere, et postquam cassatæ, et extinctæ fuerint, alias similes pensiones annuas super iisdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et distributionibus, ac emolumentis, seu illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones, et emolumenta hujusmodi usque ad summam, et quantitatem præfatum, uni, vel pluribus aliis personis etiam per te nominandis, etiam quæcumque, quocumque, et qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus clericis, seu clericali caractere insigniri volentibus, etiam eis, quoad vixerint, seu eorum procuratoribus ad id speciale ab eis mandatum habentibus, iisdem modo, et forma, quibus tibi assignatæ, et reservatæ, seu assignata, et concessa fuerunt, etiam absque consensu eadem pensiones solvere debentium, etiamsi illas, vel illa alias cassari, et reservari de novo faciendi facultatem non habueris, ac pensiones, et fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac distributiones, et emolumenta hujusmodi etiam pluries cassatæ, et de novo assignatæ fuerint, usque ad sum-

Potestas resignandi ecclesiasticas pensiones.

mam, et quantitatem prædictam, etiam literis apostolicis super reservationibus, et assignationibus hujusmodi non confectis, ac alias cum omnibus, et quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, et cautelis, ac etiam censuris, et pœnis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, et contentis, nec non cum subrogatione in quibusvis tuis juribus, etiam quoad quasi possessionem exigendi, in qua tunc eris, integrè persolvendas, servata tamen forma constitutionis fel. rec. Innocentii pp. XI. prædecessoris Nostri super translationibus pensionum editæ, reservare, constituere, et assignare valeant, auctoritate, et tenore præfatis de speciali gratia indulgemus.

Declaratio specialis pro validitate resignationum.

§. 8. Volumus autem, ac sub pœna nullitatis translationis hujusmodi districte præcipimus, quod respectu pensionum tibi, ut præmittitur, reservatarum, et assignatarum, seu reservandarum, et quocumque tempore assignandarum super quibuscumque cathedralibus, metropolitanis, monasteriis etiam consistorialibus, atque aliis quibusvis beneficiis tam simplicibus, quam residentialibus, aut aliter quomodocumque qualificatis intra urbem, et statum ecclesiasticum Nobis, et sanctæ Sedi in temporalibus immediate subiectum existentibus, prædicta transferendi facultas tum coram persona in dignitate ecclesiastica constituta, tum coram notario, et testibus, tibi ut supra impertita exerceri, aut expleri per te nequeat, nisi favore dumtaxat illorum, qui vel ex eodem ecclesiastico statu, vel ex illis regnis, vel provinciis originem trahant, in quibus, et ipsi quoque Nostri, et sanctæ Sedis in temporalibus subditi promiscue cum civibus, et naturalibus dictorum regnorum, et provinciarum ad pacificam tam beneficiorum quorumlibet ecclesiasticorum, quam similium pensionum possessionem admitti consueverunt.

Facultas disponendi etiam per testamentum de fructibus beneficiorum.

§. 9. Nec non etiam tibi, ut de omnibus, et singulis domibus, prædiis, possessionibus, terris, et locis etiam jurisdictionalibus, cæterisque bonis mobilibus, et immobilibus, quæ tamen non sint altaris, seu altarium ecclesiarum tibi commissarum ministerio, seu alicui speciali earumdem ecclesiarum servitio, aut alias divino cultui, vel usui deputata, seque moventibus cujuscumque qualitatis, valoris, speciei, pretii, et conditionis existentibus, ac juribus, et actionibus ad te ratione

ecclesiarum etiam cathedralium, et metropolitanarum, quibus te forsàn præesse contigerit, nec non monasteriorum, prioratum, præpositurarum, dignitatum, et aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, et sine cura secularium, et quorumvis ordinum regularium, quæ etiam ex quibusvis concessionibus, et dispensationibus apostolicis in titulum, commendam, administrationem, aut alias quomodolibet obtinueris, et obtinebis, ac fructuum, reddituum, et proventuum ecclesiasticorum loco pensionum, ipsarumque pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus, et proventibus tibi reservatorum, et assignatarum, ac reservandorum, et assignandarum, quos, et quas perceperis, et percipies in futurum, nec non emolumentorum quorumcumque Romanæ curiæ officiorum, et alias quomodolibet spectantibus proventibus, et pertinentibus, ac etiam de dictis fructibus, redditibus, et proventibus annuis, nec non tua industria, et labore quomodolibet, et undecumque, licite tamen, acquisitis, et acquirendis, ac alias etiam de muneribus, et officiis, quæ exercueris, et te exercere contigerit, et alia quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad te perventis, et perventuris, etiamsi in pecunia numerata, et jocalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta curia, quam extra eam ubique locorum, etiam penes beneficia ipsa existentibus (quorum omnium qualitates, et veros etiam annuos valores, etiamsi talia forent, quæ in generali appellatione honorum, et supellectilium non venirent; sed specialibus indigerent vocabulis, præsentibus, ac si specificè, et singillatim exprimerentur, et denominarentur, pro sufficienter expressis, et declaratis haberi volumus) usque ad summam sex millium ducatorum auri de camera, ac etiam de ipsis fructibus, redditibus, et proventibus, ac pensionibus debitis, et debendis (servata tamen forma constitutionum apostolicarum jam editarum, et si quas deinceps edi contigerit super fructibus inexactis) etiam cumulative cum quibusvis aliis similibus, vel dissimilibus facultatibus habitis, et habendis tam pro decentibus, et honestis impensis funebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui tibi viventis inservierint, etiam ultra servitii meritum, ac in tuorum consanguineorum, et affinium, ac quorumcumque

locorum piorum favorem, et usum, ac alias pro arbitrio, et voluntate tua, absolutis testari, et testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus tam inter vivos, quam causa mortis, et aliis quibuscumque modis, et titulis, scriptura etiam minus solemniter coram duobus, vel tribus testibus, aut etiam cedula sola manu tua scripta, vel subscripta, et alias in omnibus, et per omnia, prout, et quomodolibet tibi videbitur, etiam in ipsa curia, et in mortis articulo, etiam nulla facta mentione presentis, vel aliarum tibi pro tempore concessarum similium facultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere velis, et intendas, semel, atque iterum, aut pluries disponere, statuere, et ordinare; itaut quid testatum, gestum, aut ordinatum, seu alias dispositum a te fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni alio meliori modo valeat, et servari omnino debeat, ipsaque testamenta, codicillos, et dispositiones, ordinationes, legata, et statuta pluries, ac toties, quoties tibi videbitur, moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, et alia de novo concedere libere, et licite valeas, auctoritate apostolica tenore presentium plenam, et liberam concedimus facultatem.

Etiam si intestatus decesserit ad ejus hæredes fructus predictos tradendos esse decernitur.

§. 10. Et insuper statuimus, et ordinamus, tibi que indulgemus, quod, si tu ab intestato, et sine ulla, vel cum minus valida bonorum, et rerum, ac fructuum, reddituum et proventuum predictorum dispositione in dicta curia, vel extra eam tam continua, quam interpolata inibi tui mansionis, ac etiam extra beneficia tua, vel alia loca debite a te residentie personalis, etiam nulla subsistente causa, ab humanis decedas, omnia, et singula bona, res, et jura etiam, ut præmittitur, qualificata, nec non spolia cujuscumque qualitatis, et valoris existentia, etiam ex predictis, et alias undecumque provenientia ad cameram apostolicam, seu in dictis beneficiis successores non pertineant, sed ad hæredes tui sanguinis integre deveniant, et illis deficientibus, inter familiares tuos arbitrio personæ, seu personarum, quas id scripto nominaveris distribuantur, nisi de alia dispositione, vel intentione tua scriptura etiam minus solemniter secus appareret, quam tunc velut efficacem ipsæ personæ, vel alii iudices, seu executores omnino exequi, et adimplere, illique se conformare in omnibus, et per omnia debeant, et nihilominus quæcumque

hujusmodi testamenta, legata; donationes, dispositiones, et alia forsitan a te etiam nulla, vel minus sufficienti facultate suffulto de hujusmodi bonis, juribus, et actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliisque rebus supradictis etiam in favorem consanguineorum, et affinium predictorum, et alias quomodolibet facta, cum omnibus inde secutis, ac etiam ea, quæ per te in futurum fient, ex nunc, prout ex tunc, et e contra, pro dicta summa sex millium ducatorum approbamus, et confirmamus, omnesque, et singulos juris, et facti, ac solemnitatum ommissarum, et omittendarum, ac substantiales, aliosque defectus quoscumque, si qui intervenerint, aut intervenerunt in iisdem, etiamsi tales sint, vel fuerint, quod specialis, specifica, et expressa de illis mentio presentibus habenda esset, supplementum.

§. 11. Districtius inhibentes quibusvis archiepiscopis, episcopis, et aliis ecclesiarum prælatis, nec non cameræ predictæ præsentibus clericis, ac eorum, nec non fabricæ basilicæ principis apostolorum de urbe, et cruciatæ sanctæ, ac aliis collectoribus, et subcollectoribus, cæterisque cujuscumque dignitatis, gradus, et conditionis existentibus, etiam quavis auctoritate, et potestate fungentibus sub excommunicationis majoris, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, ne universitates, collegia, ac loca, et legatarios, hæredes, et personas, nec non testamentorum, voluntatum, et ordinationum hujusmodi executores præfatos directe, vel indirecte quovis quæsito colore, vel ingenio molestare audeant quoquomodo, vel perturbare; ac decernentes præfata omnia, et singula, præsentibus literas, et testamenta, donationes, codicillos, fideicommissa, legata, ordinationes, derogationes, dispositiones, et alia quæcumque, nec non quæ in præmissis facta sunt, et fieri contigerit, tam vigore presentis, quam etiam aliarum concessionum tibi factarum, et deinceps in genere, vel in specie faciendarum cum inde secutis, et securis, etiamsi tu intra curiam, aut in quacumque alia mundi parte extra ecclesias, et beneficia personalem residentiam requirentia qualitercumque qualificata per te nunc, et pro tempore obtenta, etiam pro sola tua voluntate, et nulla subsistente causa non residenti, ab humanis decedere contigerit, sub literis rec. mem. Pii pp. IV. prædecessoris pariter Nostri contra quos-

Clausula salutare pro plena chirographi executione.



cumque episcopos, archiepiscopos, et alios praelatos, nec non parochialium ecclesiarum rectores, ceterosque residentiae personali praedictae adscriptos extra illam quomodocumque decedentes septimo kalendas decembris pontificatus sui anno quinto, aut alio veriori tempore emanatis, et sub quibuscumque aliis constitutionibus, aut revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, declarationibus apostolicis, cancellariae apostolicae regulis ex quibuscumque causis quantumvis maximis, urgentibus, inexcogitabilibus, etiam in favorem fidei, et divini cultus augmentum, ac consistorialiter etiam a Nobis, et Sede praefata hactenus, vel nunc, et pro tempore factis, et editis minime comprehendendi, sed semper ab illis excepta, et quoties emanata fuerint, toties in pristinum, et validissimum statum, et etiam sub posteriori data, etiam cum derogationibus, et clausulis, etiam derogationum derogatoriis, irritantibusque, et aliis decretis per te eligenda apponendis, et latissime specificandis reposita, restituta, et plenarie reintegrata, ac de novo concessa valida, et efficacia fore, nec non perpetua firmitate subsistere, suosque plenarios, et integros effectus, quos de jure, stylo, consuetudine, aut alias quomodolibet sortiri poterunt, ac vim veri, legitimi, jurati, stipulati, validi, et efficacis contractus inter te ex una, ac Nos, et cameram praefatam ex altera partibus habere, nec etiam per promotionem ad ecclesiam cathedralem, etiam metropolitanam, aut translationem, vel aliam, status, et personae tuae mutationem cessare, nec per similes, vel dissimiles gratias tibi concessas, et concedendas confundi, sed ipsis cumulative in omnibus, et per omnia uti, et si quid in una ex facultatibus hujusmodi defecerit, per aliam suppleri debere, nec haeredes, legatarios, ac loca, ad quos, seu quae bona, jura, et actiones hujusmodi devenerint, vel quibus relinquuntur, aut executores praedictos ad tertiam, seu aliam eorum partem, quam etiam ex nunc tibi, ac locis, haeredibus, legatariis, et donatariis praefatis libenter concedimus, et donamus, cameram, vel fabricam, aut beneficiis praedictis, etiam pro expeditione contra infideles, et quibusvis aliis quantumlibet piis usibus solvendum, ac cum eis desuper componendum, vel te ad aliam particularem licentiam, sive indultum aut confirmationem praesentium a No-

bis, vel successoribus Nostris Romanis pontificibus petendum; aut impetrandum, vel etiam in alia simili gratia, seu confirmatione illius tibi quomodocumque concedenda de praesentium mentionem aliquam faciendi teneri, nec ad id ulla unquam necessitate cogi posse.

§. 12. Et sic in praemissis omnibus, et singulis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, et ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales, nec non pro tempore existentes dictae camerae camerarium, praesidentes clericos in quavis causa, et instantia, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus Nostris Ostiensi, et Portuensi cardinalibus episcopis, ac dilecto filio causarum curiae camerae apostolicae generali auditori per apostolica scripta mandamus motu simili, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes literas, et in eis contenta quaecumque ubi, et quando opus fuerit, et quoties pro parte tua fuerint requisiti solemniter publicantes, tibi que in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate Nostra easdem praesentes literas, et in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac te illis omnibus pacifice frui, et gaudere, non permittentes te per quoscumque quavis auctoritate fungentes contra earumdem praesentium tenorem quomodolibet indebite molestari, inquietari, vel perturbari, contraditores quoslibet, et rebelles per sententias, censuras, et poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, et poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 13. Non obstantibus praemissis, ac pie memoriae Bonifacii pp. VIII. praedecessoris etiam Nostri de una, et in concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium in iudicium non trahatur, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati de certo notariorum numero, etiamsi ad

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

illum nondum deventum fuerit, cui per hoc alias derogare non intendimus, et de consensu præstando in pensionibus, ac quibusvis aliis etiam per Nos, et Sedem prædictam editis, et in posterum edendis cancellariæ apostolicæ regulis, ac stylo in similibus hactenus observato, ac recol. mem. Alexandri pp. VI. pariter prædecessoris Nostri tertiam partem bonorum ecclesiasticorum cameræ præfatæ deberi inter alia disponente, nec non ejusdem Bonificii pp. VIII. per quam concessionem fructus in absentia percipiendi sine præfatione temporis fieri prohibentur, ac Pii pp. IV. prædecessoris etiam Nostri de gratiis qualescumque interesse cameræ apostolicæ concernentibus in dicta camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, et registrandis; ita quod præsentis in eadem camera nullo unquam tempore registrari facere tenearis, ac similis recol. mem. Urbani pp. VIII. pariter prædecessoris Nostri de pensionibus alias translatis iterum non transferendis: ac quorumvis aliorum Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, et quibusvis aliis apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non legibus etiam imperialibus, et municipalibus tam urbis, quam aliarum civitatum, et locorum, in quibus civis originarius creatus existis, et quorumvis ecclesiarum, monasteriorum, ordinis, et hospitalis prælatorum, nec non quorumvis collegiorum, et officiorum dictæ curiæ, et regnorum, provinciarum, et urbis, ac etiam civitatum, et locorum, ac cameræ prælatorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, etiamsi de illis servandis, et non impetrandis literis apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut alias quomodolibet concessis utendo te per te, vel procuratores tuos præstiteris forsan hactenus, vel te in posterum præstare contigerit juramentum: privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis dictis ecclesiis, monasteriis, ordinibus, et hospitalibus, illorumque præsulibus, seu administratoribus, et superioribus, ac magistris, præceptoribus, prioribus, militibus etiam antianis, capitulis, conventibus, civitatibus, et locis, aliisque præfatis, ac illorum communitatibus, et universita-

tibus, aliisque personis etiam particularibus, nec non archiepiscopis, episcopis, et aliis ordinariis, etiam iisdem cardinalibus, ac dictæ curiæ officialibus, illorumque collegiis, ac etiam decimarum, pedagiorum, gabellarum, et onerum exactoribus, et appaltatoribus, et aliorum onerum redemptoribus sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis per quoscumque Romanos pontifices prædecessores Nostros, ac etiam Nos, et Sedem præfatam, etiam consistorialiter, ac de eorumdem cardinalium consilio, etiam per modum statuti, et constitutionis perpetuorum, ac motu, et scientia similibus, deque apostolicæ potestatis plenitudinæ, vel ad imperatoris, regum, reginarum, ducum, marchionum, et aliorum principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, etiamsi in eis, ac statutis, et stabilimentis præfatis caveatur expresse, vel tacite, quod urbis nisi originariis civibus Romanis, ac civium eorumdem filiis conferantur, quodque nonnullarum ecclesiarum beneficia, nisi per personas illustres, vel nobiles, ac etiam originarios cives, aut alias certo modo in illis expresso qualificatos obtineri non possint, et nulli in cives urbis, ac civitatum, oppidorum, terrarum, et locorum hujusmodi admitti, seu illorum privilegiis uti possint, nisi prius in dictis civitatibus, oppidis, terris, et locis per certum tempus habitaverint, seu etiam in illis bona etiam stabilia forsan ad certum valorem ascendunt possederint; quodque præceptoris, seu alia beneficia quæcumque dicti hospitalis tam ex ejus institutione, quam ex stabilimentorum prælatorum dispositione pensionibus clericis secularibus, et aliis personis etiam apostolica auctoritate reservandis gravari non possint, quodque stabilimentis, et privilegiis prædictis etiam vigore implicitæ derogationis latissime extendendæ, etiam per quasvis alias etiam derogatorias derogatorias, efficaciores, et insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum ceaseatur, nisi derogatio hujusmodi de consilio cardinalium eorumdem fiat, et tunc demum magistri, et conventus prælatorum ad id accedat assensus,

sintque literæ derogationis hujusmodi etiam per dictum magistrum subscriptæ ac illi, et præfato conventui per diversas in forma Brevis, aut alias literas diversis temporibus cum certis intervallis præsentatas intimatæ, et non alias, nec alio modo, quodque ipsi exactores, et appaltatores decimas, pedagia, et onera hujusmodi etiam ab exemptis exigere, et illos ad solutionem, seu contributionem cogere, et compellere possint, seu debeant. Quibus omnibus illorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris in genere, et in specie ad effectum præsentium sufficienter, et expresse derogamus, ac derogatum esse decernimus: quodque tu primam non feceris in ecclesiis hujusmodi personalem residentiam consuetam, cæterisque contrariis quibuscumque.

Præceptum de præbendo juramento fidelitatis.

§. 14. Volumus autem, quod antequam gratia creationis in Nostrum et Sedis apostolicæ notarium tibi, ut supra facta perfrui valeas, in manibus alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ professionem fidei, juxta articulos pridem a Sede præfata propositos emittere, et solitum fidelitatis juramentum præstare omnino tenearis. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die ix. septembris MDCCLXXXV. pontificatus Nostri anno undecimo.

Dat. Romæ  
13. septembris  
1785  
anno XI.

DLXIII.

Ut ab utroque clero civitatis et diocesis sanctæ Crucis della Sierra in Indiis officium, et missa propria sancti Josephi semel in mense recitari possit.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Preces porrectæ ab episcopo sanctæ Crucis della Sierra.

§. 1. Cum sicut venerabilis frater moderatus episcopus sanctæ Crucis della Sierra in Indiis Nobis nuper exponi fecit, ipse ob maximam devotionem, qua uterque clerus, et populus civitatis, et diocesis sanctæ Crucis della Sierra prædictæ erga sanctum Joseph Beatæ Mariæ Virginis sponsum

( ut asserit ) fervet in dies, officium, et missam propriam ejusdem sancti Joseph semel in mense recitari, et respective celebrari summopere cupiat.

§. 2. Nos dictum exponentem specialibus gratiis, et favoris prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinatis: attenta relatione dilecti filii magistri Karoli Erskine fidei promotoris; ut in posterum ab utroque clero civitatis, et diocesis sanctæ Crucis della Sierra in Indiis officium, et missa propria dicti sancti Josephi semel in mense die non impedita sub ritu semiduplici ( exceptis tamen temporibus adventus, quadragesimæ, quatuor temporum, vigiliarum sive cum jejunio, sive absque jejunio, nec non feria secunda rogationum, atque illis feriis, in quibus secundum rubricas sit reponendum officium dominicæ, aut de festo duplici, vel semiduplici translato ) recitari, et celebrari libere, et licite valeat auctoritate apostolica, tenore præsentium, concedimus, et indulgemus.

Tenor concessionis.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictoque clero in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictarumque civitatis, et diocesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præ-

Derogatio contrariorum.

sentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia septembris millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

ditare valeant solamen; iidemque habitatores, et incolæ quotidie progrediuntur in fide, ut uberius in spiritualibus inde suscipiant incrementum.

§. 2. Cum itaque alias dominus frater Noster Franciscus tituli ss. Nerei, et Achillei Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis de Herzan de Harras nuncupatus charissimi in Christo filii Nostri Josephi secundi Romanorum, Bohemiæ, et Hungariæ regis apostolici in imperatorem electi apud Nos, et Sedem apostolicam administer plenipotentarius Nobis ejusdem Josephi regis, et imperatoris nomine exposuerit, quod dictus Josephus rex, et imperator ad divinum cultum efficacius augendum, animarumque subditorum suorum salutem impensius promovendam summopere in votis habebat, ut in regno Bohemiæ præter archiepiscopatum Pragensem, et duos episcopatus nempe Litomericensem, et Regino-hradicensem, tertius etiam episcopatus in civitate Bohemo-Budvicium nuncupata institueretur, et prævia illius in civitatem episcopalem erectione una sedes episcopalis, et infrascripta inibi existens parochialis ecclesia illius titulo collativo perpetuo, ut infra suppresso in cathedralem ecclesiam, etiam perpetuo erigeretur, et cætera alia infrascripta per Nos fierent. Cumque Nos tam pia dicti Josephi regis, et imperatoris studia favere, illiusque votis obsecundare intendentes, omnibus hisce mature perpensis dicto etiam filio Nostro, et Sedis apostolicæ nuncio in civitate Viennensi Austriæ commoranti successive vigore decreti a Nobis sub die tertia decima mensis decembris anni Domini proxime præteriti approbati, ut ipse nuncius causis dictæ institutionis, et erectionis, illarumque necessitate, et utilitate rite consideratis de illis juxta instructiones in dicto decreto contentas inde referret apostolica auctoritate commiserimus. Novissime vero, ex processu desuper confecto, et a nuncio præfato ad urbem transmissio acceperimus, quod ex hujusmodi institutione, et erectione, si fierent, non modicum divini nominis incremento, et animarum saluti in dicta civitate Bohemiæ-Budvicensi, aliisque infrascriptis districtibus, seu provincialibus circulis habitatorum profectum facile proveniret, quodque ad tantum opus feliciter perficiendum accedentes quoque venerabilis fr. Noster modernus archiepiscopus Pragensis, ac d. fratris moderni capitulum, et canonici

Erectionem decrevisse ad instantiam imperatoris Romanorum declarat.

Det. Romæ  
17 septembris  
1785  
anno XI.

DLXIV.

Erectio cathedralis ecclesiæ Budvicensis in Bohemia.

Pius episcopus  
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Præmissum.

§. 1. Catholicæ Ecclesiæ regimini illius dispositione, qui cunctis imperat, et cui obediunt omnia, meritis licet imparibus præsidentes ad cæteras orbis ecclesias provide considerationis aciem more vigilis pastoris intendimus, et cum pro locorum fama præsertim, et splendore præstantium feliciori statu, illorumque habitatorum opportuniori commoditate, animarumque efficaciore profectu utile non minus, ac congruum esse conspiciamus, novas in locis ipsis episcopales plantare sedes, maxime vero cum supremorum, ac de horthodoxa fide optime meritorum principum pia vota id efflagitari videantur, illas libenti animo de novo plantare, et erigere non ambigimus, ut per novas plantationes, et erectiones hujusmodi novus etiam militanti Ecclesiæ decor accedat, et loca ipsa dignioribus titulis illustrata habitatoribus, et incolis suis per novorum præsulum priorum adstantiam, et gubernium jucundius suppe-

Bull. Rom. Tom. VII.

H h h 2

majoris ecclesiæ Pragensis, ut a sua, et eorum archiepiscopali diœcesi Pragensi districtus infrascripti, ac infra eorum limitibus respective comprehensi decanatus, et vicariatus tam seculares, quam regulares, ac monasteria, et parochiales ecclesiæ, ac alia beneficia ecclesiastica infrascripta ad præmissum erectionis effectum perpetuo, ut infra, dismembrarentur, respective consenserint, illisque desuper, non tam libere, quam libenter respective cesserint.

Suppressio ecclesiæ parochialis, illiusque erectio in cathedralem.

§. 3. Nos propterea, ad hoc ut dicti Josephi regis, et imperatoris religiosa perillustria majorum suorum vestigia prosequentis laudabilia desideria ordinata, et adimpleta remaneant, ac precibus ipsius cardinalis, et administrari Nobis in hac parte porrectis benigne annuere volentes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine parochialem decanalem nuncupatam ecclesiam sub invocatione, et patrocinio sancti Nicolai episcopi in dicta civitate Bohemo-Budvicensi existentem, illiusque titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam parochialis ecclesiæ collativæ, ita quod illa ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse desinat, ac de cætero nti talis in titulum collativum quavis auctoritate conferri, et impetrari, seu de illa quovis modo disponi amplius nequeat, et si illam deinceps, ullo umquam tempore conferri, seu impetrari, vel alias de illa quovis modo disponi contigerit, collationes, impetrationes, aliæque quævis dispositiones de illa pro tempore quomodolibet factæ, nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus, vel coloratum titulum possidendi tribuant apostolica auctoritate præfata perpetuo supprimimus, et extinguimus, illaque sic suppressa, et extincta dictam civitatem Bohemo-Budvicensem in civitatem episcopalem Budvicensem quoque nuncupandam cum omnibus, et singulis privilegiis, juribus, honoribus, præeminentiis, et prærogativis, quibus aliæ Bohemæ regni civitates episcopali sede insignitæ, et earum cives utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum. Præfatam vero parochialem ecclesiam, sic ut præfertur suppressam, et extinctam in cathedralem ecclesiam eidem moder-

no, et pro tempore existenti archiepiscopo Pragensi suffraganeam, eique metropolitico jure subjectam sub invocatione ejusdem sancti Nicolai episcopi, quæ tamen parochialis, ut antea existat, et in qua dilectorum etiam filiorum parochianorum dictæ cathedralis ecclesiæ ut præfertur suppressæ, et extinctæ, et in cathedralem ecclesiam hujusmodi, ut præfertur, erigendæ animarum cura exerceri debeat extituram, et in ea sedem, ac dignitatem episcopalem pro uno deinceps episcopo Budvicensi nuncupando, qui eidem ecclesiæ Budvicensi, illiusque civitati præfata, et diœcesi etiam Budvicensi, ut infra assignandæ præsit, abbates, et inferiores prælatos, et alios ad synodum convocet, ac omnia, et singula officia, et munia episcopalia habeat, et exerceat, cum suis capitulo infrascripto, nec non arca, mensa episcopali, cæterisque pontificalibus signis, insigniis, juribus, jurisdictionibus, facultatibus, præeminentiis, prærogativis, præcedentiis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis reatibus, et personalibus, ac mixtis, quibus cæteri regni Bohemæ prædicti episcopales ecclesiæ, earumque respective præsules quomodolibet (non tamen titulo oneroso, seu ex privilegio particulari) acquisitis similiter utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum.

§. 4. In dicta vero cathedrali ecclesia Budvicensi unam præposituram, quæ post pontificalem major cum uno canonicatu, et una præbenda pro uno canonico præposito, qui caput capituli dictæ cathedralis ecclesiæ Budvicensis existat, atque gaudeat præeminentiis, quæ sibi de jure competere possunt, et debent; nec non unum decanatum, qui secunda cum alio pariter canonicatu, et alia præbenda pro alio canonico decano, et per quem animarum dilectorum pariter filiorum parochianorum dictæ parochialis ecclesiæ, ut præfertur suppressæ, et extinctæ, et in cathedralem, quæ etiam parochialis, ut antea, ut præfertur existat ecclesiam, ut infra erigendam cura etiam, ut antea exerceri debeat, ac unam custodiam, quæ tertia respective dignitates in dicta cathedrali ecclesia Budvicensi, ut præfertur erigenda existant cum alio similiter canonicatu, et alia præbenda eisdem dignitatibus respective invicem perpetuo unitis extituris pro alio canonico custode, etiam re-

Erectio dignitatum capituli cathedralis.

spective nuncupandis, ac reliquos quatuor canonicatus, totidemque præbendas pro quatuor aliis futuris mere canonicis ejusdem cathedralis ecclesie Budvicensis, ut præfertur erigendæ, qui una cum quatuor vicariis, et tribus cappellanis illius capitulum constituent, ita tamen, ut presbyterorum omnium, et clericorum numerus, qui in eadem cathedrali ecclesia Budvicensi, ut infra erigenda cum canonicis præfatis, et cæremoniariis in divinis inservientibus ad sexdecim ascendat, ac in dicta cathedrali ecclesia Budvicensi, ut præfertur erigenda singulis diebus horas canonicas, tam diurnas, quam nocturnas, aliisque divina officia devote, ac cum debita mentis attentione, servataque ecclesiastica disciplina recitare, decantare, et psallere, divinisque officiis, tam diurnis, quam nocturnis hujusmodi interesse, ac alias eidem cathedrali ecclesie Budvicensi, ut præfertur erigendæ laudabiliter deservire teneantur, similiter cum choro, stallo, arca, et sigillo communibus, aliisque signis, et insigniis cathedralibus; quodque omnibus, et singulis privilegiis, et prærogativis gaudere possint, et valeant, quibus aliarum cathedralium in regno Bohemie prædicto consistentium capitula, et canonici, non tamen titulo oneroso, aut ex privilegio particulari acquisitis gaudere solent, et possunt ad Dei omnipotentis laudem, et gloriam, dictique sancti Nicolai episcopi honorem, et fidei catholicæ exaltationem apostolica auctoritate prædicta itidem perpetuo respective erigimus, et instituimus.

Præceptum de erigenda præbenda theologali, et pœnitentiaria.

§. 5. Volentes tamen, et eadem auctoritate statuentes, quod futurus episcopus Budvicensis in dicta cathedrali ecclesia per Nos sic, ut præfertur, erecta, et instituta unam theologalem, et alteram pœnitentiariam respective præbendas ad præscriptum concilii Tridentini erigere, et instituere curet, ejusdem futuri episcopi Budvicensis conscientia desuper onerata remanente.

Declaratur quæ sit novi episcopatus diocesis.

§. 6. Ac insuper, ut præfatæ episcopalis ecclesie Budvicensis per Nos, ut præfertur erectæ, et institutæ diocesis, nec non clerus, et populus constitui possint ab archiepiscopali ecclesia Pragensi quatuor districtus, seu provinciales circulos, nempe Budvicensem, Taboriensem, Prachinensem, et Klattoviensem, modo sub dicta Pragensi ecclesia, et diocesi comprehensos, et in quibus omnes, et singuli decanatus, parœciæ, vicariatus, tam sæcula-

res, quam regulares, et monasteria, cæteraque alia beneficia ecclesiastica infra-scripta reperiuntur, videlicet decanatus Bohemo Budvicensis, et alius, seu alia Adamsfreyheit, ac alius, seu alia Albarurka de Weishurka, ac alius, seu alia de Albrechtitz, ac alius, seu alia Alto-vadum de Homenfurt, ac alius, seu alia Astadicum, ac alius, seu alia Andreasberga, ac alius seu alia Anhoir, ac alius, seu alia Baumgartend, ac alius, seu alia Baravow, ac alius, seu alia Betchin, ac alius, seu alia Beneschaw, ac alius, seu alia Bergreichenstein, ac alius, seu alia Berlau; ac alius, seu alia Bernarditz, ac alius, seu alia Biceritz, ac alius, seu alia Bieschin, ac alius, seu alia Blakna, ac alius, seu alia Bliziw, ac alius, seu alia Blowitz, ac alius, seu alia Blscok, ac alius, seu alia Bohmisch-reichenaw, ac alius, seu alia Bohametz, ac alius, seu alia Boreschaw, ac alius, seu alia Borovan Jorbes, ac alius, seu alia Borotin, ac alius, seu alia Boschiletz, ac alius, seu alia Boschiegaw, ac alius, seu alia Breeskowitz, ac alius, seu alia Budowitz, ac alius, seu alia Budicitz, ac alius, seu alia Budislau, ac alius, seu alia Bukowetz, v. Mucholzen, et alius, seu alia Bukownik, et alius, seu alia Burgholtz, et alius, seu alia Capellen, et alius, seu alia Castelowitz, et alius, seu alia Chanowitz, et alius, seu alia Chegnow, et alius, seu alia Cheleziz, et alius, seu alia Chieschugros Chiesch, et alius, seu alia Chieschuklein Chiesch, et alius, seu alia Cholovia, et alius, seu alia Chrohold, et alius, seu alia Chudentz, et alius, seu alia Chusnitz, et alius, seu alia Chwognow, et alius, seu alia Crumman, et alius, seu alia Czachraw, et alius, seu alia Czeistrow, et alius, seu alia Brzemitz, et alius, seu alia Czernowitz, et alius, seu alia Czerwenau, et alius, seu alia Czetoras, et alius, seu alia Cziestitz, et alius, seu alia Czimelitz, et alius, seu alia Crirowa, et alius, seu alia Daudleb. v. Teindles, et alius, seu alia Deschen, et alius, seu alia Deschenitz, et alius, seu alia Dirna, et alius, seu alia Dneschitz, et alius, seu alia Dovrsch, et alius, seu alia Dolan, et alius, seu alia Drachau, et alius, seu alia Deisrndorf, et alius, seu alia Derben, et alius, seu alia Eisdendorf, et alius, seu alia Elhenitz, et alius, seu alia Ellstin, et alius, seu alia Travenstahl, et alius, seu alia Triaberg, et alius, seu alia Gaiow, et alius, seu alia Ginja, et alius, seu alia

Gistebnitz, et alius, seu alia ad s. Guntherum, et alius, seu alia Haidl, et alius, seu alia Hoilbrun, et alius, seu alia Horaczdrowitz, et alius, seu alia Hornoczereguitz, Oberlzerkwe, et alius, seu alia Horzefirik, et alius, seu alia Horzitz, ac alius, seu alia Hoschitz, et alius, seu alia Hoskaw, et alius, seu alia Hossin, et alius, seu alia Hradeschitz, et alius, seu alia Hrob, et alius, seu alia Hurka prope Bry v. Blanborka, et alius, seu alia Haste-  
 netz, et alius, seu alia Janowitz, et alius, seu alia Taroschaw, et alius, seu alia Kadow, et alius, seu alia Kalschiag, et alius, seu alia Kamenitz, et alius, seu alia Kaplitz, et alius, seu alia Kardasso Szeizitz, et alius, seu alia Kattowitz, et alius, seu alia Kbell, et alius, seu alia Kestezan, et alius, seu alia Kidlin, et alius, seu alia Kirchenschlag, et alius, seu alia Klattan, et alius, seu alia Klentsch, et alius, seu alia Kollinetz, et alius, seu alia Kollovetz v. Kollaut Schen, et alius, seu alia Kastelnokadaun, et alius, seu alia Kottaun, et alius, seu alia Kowarzow, et alius, seu alia Krasilow, et alius, seu alia Kraptitz, et alius, seu alia Kiems, et alius, seu alia Krzaukau, et alius, seu alia Krzecz, et alius, seu alia Krzestiwitz, et alius, seu alia Kumezatek v. Konigtscok, et alius, seu alia Kusechward, et alius, seu alia Laschitz, ac alius, seu alia Lavirim, ac alius, seu alia Ledenitz, ac alius, seu alia Lettin, ac alius, seu alia Lischaw, ac alius, seu alia Lomnitz, ac alius, seu alia Lukawetz, ac alius, seu alia Luttaw, ac alius, seu alia Magnobor, ac alius, seu alia Malenitz, ac alius, seu alia Malschitz, ac alius, seu alia Malsching, ac alius, seu alia ad s. Mariam ad Nives, ac alius, seu alia ad s. Mauritium, ac alius, seu alia Meinetschlag, ac alius, seu alia Melmit, ac alius, seu alia Merklin, ac alius, seu alia Mezling, ac alius, seu alia Miedzio, ac alius, seu alia Miclezin, ac alius, seu alia Milowitz v. Mühlhausen, ac alius, seu alia Mirotitz, ac alius, seu alia Mirowitz, ac alius, seu alia Mischkowitz, ac alius, seu alia Moich, ac alius, seu alia in monte s. Wenceslai, ac alius, seu alia Muldaw, ac alius, seu alia Mutin v. Mattersdorf., et alius, seu alia Hadingkaw, ac alius, seu alia Heocastri v. Grätzen, ac alius, seu alia Heocreguitz v. Neustift, ac alius, seu alia Heofstritz, ac alius, seu alia Neoforum, ac alius, seu alia Neokdina v.

Heugadein, ac alius, seu alia Neupagum, ac alius, seu alia Heowostitz v. Jungwotitz, ac alius, seu alia Nepomuk, ac alius, seu alia Hetalitz, ac alius, seu alia Heora, ac alius, seu alia Heustupow, ac alius, seu alia Heuhaus, ac alius, seu alia Hezamislitz, ac alius, seu alia Hezdaschow, ac alius, seu alia Hierneritz, ac alius, seu alia Oberayd, ac alius, seu alia Oberplan, ac alius, seu alia Oberwldaw, ac alius, seu alia Ottaw, ac alius, seu alia Parvo Bor, ac alius, seu alia Parzaw, ac alius, seu alia Pernartitz, ac alius, seu alia Petrowitz, ac alius, seu alia Pflantz, ac alius, seu alia Pilgram, ac alius, seu alia Pycok, ac alius, seu alia Pistin, ac alius, seu alia Plan, ac alius, seu alia Planitz, ac alius, seu alia Pluhowzdiar, ac alius, seu alia Posratek, ac alius, seu alia Pohorz, ac alius, seu alia Polin, ac alius, seu alia Polletitz, ac alius, seu alia Poschen, ac alius, seu alia Prachatitz, ac alius, seu alia Prithal, ac alius, seu alia Prostibor, ac alius, seu alia Postivin, et Mischenetz, ac alius, seu alia Fzzedolaw, ac alius, seu alia Przedslawitz, ac alius, seu alia Putim, ac alius, seu alia Quasniowitz, ac alius, seu alia Radobitz, ac alius, seu alia Radonischl, ac alius, seu alia Reichenaw, ac alius, seu alia Riegerschlag, ac alius, seu alia Ronsperg, ac alius, seu alia Roscnberg, ac alius, seu alia Rosenthal, ac alius, seu alia Rotenbaum, ac alius, seu alia Rudosptistadt, ac alius, seu alia Sablat, ac alius, seu alia ad s. Crucem, ac alius, seu alia Salnaw, ac alius, seu alia Schewetin, ac alius, seu alia Sebirschow, ac alius, seu alia Sedlitz, ac alius, seu alia Seeviesen, ac alius, seu alia Serowitz, ac alius, seu alia Schilarz, ac alius, seu alia Schitwa, ac alius, seu alia Semlowitz, ac alius, seu alia Schitwa, ac alius, seu alia Semlowitz, ac alius, seu alia Setiz, ac alius, seu alia Sobienaw, ac alius, seu alia Sobieslaw, ac alius, seu alia Sonberg, ac alius, seu alia Stankaw, ac alius, seu alia Stan, ac alius, seu alia Steinkirchen, ac alius, seu alia Stieckna, ac alius, seu alia Stipanow, ac alius, seu alia Stoborzitz, ac alius, seu alia Strakonitz, ac alius, seu alia Straffin, ac alius, seu alia Straz v. Ylwtz, ac alius, seu alia Strazau, ac alius, seu alia Straiczitz, ac alius, seu alia Strimilow v. Tremles, ac alius, seu alia Strobnitz, ac alius, seu alia Strunkowitz, ac alius, seu alia Su-

chenthal, ac alius, vel alia Sullitz v. Schuttenhofen, ac alius, vel alia Swatomartz, ac alius, vel alia Tannaberg, ac alius, vel alia Teutscheichenau, ac alius, vel alia Teynitzl, ac alius, vel alia Tiesch, ac alius, vel alia Trebona v. Wittingau, ac alius, vel alia Trkowsivia v. Schwcinitz, ac alius, seu alia Trzebinitz, ac alius, seu alia Tuizap, ac alius, seu alia Tusta v. Tans, ac alius, seu alia Tynhorsow v. Bischoff Teinitz, ac alius, seu alia Tweros, ac alius, seu alia Hmlowitz, ac alius, seu alia Unterhaid, ac alius, seu alia Unterrelheinstein, ac alius, seu alia Veterosedl, ac alius, seu alia Vollmaw, ac alius, seu alia Wastar Supen, ac alius, seu alia Warzaw, ac alius, seu alia Welharditz, ac alius, seu alia Welleschin, ac alius, seu alia Weseles, ac alius, seu alia Wizoa, ac alius, seu alia Winterberg, ac alius, seu alia Wiskilna, ac alius, seu alia Vitiegitz, ac alius, seu alia Witeou v. Przestiz, ac alius, seu alia Wlachobrzez v. Waleiskurken, ac alius, seu alia Wodnian, ac alius, seu alia Wollarna, ac alius, seu alia Wollenitz, ac alius, seu alia Wollen, ac alius, seu alia Wrzan, ac alius, seu alia Zaborz, ac alius, seu alia Zahag, ac alius, seu alia Zahorg, ac alius, seu alia Zalschi, et Hornobukowsko, ac alius, seu alia Zbeinitz, ac alius, seu alia Zattwing, ac alius, seu alia Zhorz, ac reliquum, seu reliqua Zinkau, respective nuncupati, seu nuncupate, vel nuncupata decanatus, seu vicariatus, aut parœciæ, et in quibus pariter infrascripta monasteria reperiuntur, unam scilicet in Taus, et Stok sancti Augustini calceatorum, ac aliud in Schlustelburg, et Tobor ejusdem sancti Augustini discalceatorum, ac aliud in Wittingau, et Torbes canonicorum regularium ejusdem sancti Augustini, ac aliud in Budveissultitz, et Tynorsow Cappuccinorum, ac aliud in Parzaw Carmelitarum discalceatorum, ac aliud in Hoenfurt, et Goldenoron Cisterciensium, ac aliud Budweis Klattau, et Piscock Dominicanorum, ac aliud in Bouchin, et Heyhaus Franciscanorum, ac aliud in Crumaw, et Horazdrowitz Minoritarum, ac aliud in New Tistritz Paulanorum, ac aliud in Budweis Piaristarum, ac aliud in Mulhausen Premonstratensium, ac reliquum in Gratzen, respective nuncupata Servitarum respective ordinum apostolica auctoritate prædicta perpetuo quoque dismembramus, dividimus, ac separamus, ac insuper

in dictis quatuor districtibus, seu provincialibus circulis, et in eis respective contentis decanatus, ac parœciis, nec non vicariatus, tam sæcularibus, quam regularibus, monasteriis, et beneficiis, sic ut præfertur respective dismembratis, divisis, ac separatis respective contentos utriusque sexus habitatores, incolas, et personas, tam laicos, quam clericos, presbyteros, beneficiatos, et religiosos quoscumque (non tamen exemptos) cujuscumque status, gradus, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria modernorum archiepiscopi, et capituli Pragensis præfatorum, quorum ad id expressus accedit assensus, ac illius, et illorum respective successorum jurisdictione, potestate, auctoritate, et superioritate eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo disjungimus, et eximimus, nec non præfatam civitatem Budvicensem in civitatem episcopalem per Nos, ut præfertur erectam, eosdemque quatuor districtus, seu provinciales circulos prædictos, et in ea, ac eis respective comprehensos, et comprehensa decanatus, vicariatus, tam sæculares, quam regulares, parœcias, nec non monasteria, et beneficia hujusmodi, sic ut præfertur respective dismembratos, et dismembratas, ac dismembrata in istis respective, ut præfertur contentos utriusque sexus habitatores, incolas, et personas, tam laicos, quam clericos, presbyteros, beneficiatos, et religiosos (non tamen exemptos) ut supra expressos prædictos, ac similiter, ut præfertur disjunctos, et exemptos novæ ecclesiæ episcopali Budvicensi, illiusque futuro, et pro tempore existenti præsuli pro suis civitate, territorio, et diœcesi, in quibus residere debet, nec non clero, et populo apostolica auctoritate prædicta etiam perpetuo concedimus, et assignamus, ac respective ordinariæ ejusdem pro tempore futuri episcopi Budvicensis jurisdictioni, potestati, superioritati, et auctoritati, ita quod liceat personæ eidem ecclesiæ Budvicensi tam nunc a primæva illius erectione, et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutæ in episcopum præficiendæ per se, vel alium, seu alios ejus nomine veram, realem, et actualem, ac corporalem, seu quasi possessionem administrationis spiritualis, et omnimodi juris diœcesani in dicta civitate Budvicensi in civitatem episcopalem, sic per Nos, ut præfertur erecta, totaque diœcesi Budvicensi, ut præfertur concessa



et assignata propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere ejusdem moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Pragensis, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita dicta apostolica auctoritate itidem perpetuo supponimus, atque subjeimus.

Præfinitio  
mensæ episco-  
pali.

§. 7. Et insuper mensæ episcopali ipsius ecclesiæ Budvicensis per Nos, ut præfertur erectæ, et institutæ pro illius dotatione, et ad hoc ut idem pro tempore futurus episcopus Budvicensis statum suum juxta pontificalis dignitatis exigentiam decentius sustinere valeat annuam summam duodecim millium florenorum Rhæmensium per dictum Josephum regem, et imperatorem illi perpetuo, ut etiam accepimus, constitutam, et ab omni, et quocumque onere prorsus liberam, immunem, et exemptam, ita ut prædictus Josephus rex, et imperator expensis consistorii, illiusque expeditionibus aliunde prospererit liberaliter simili apostolica auctoritate perpetuo pariter probamus, et constituimus; ipsique novo, et futuro pro tempore episcopo Budvicensi pro sui commoda, decentique habitatione collegium, in quo clerici regulares congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum nuncupatæ olim, seu nuper debebant ædificium, ut etiam accepimus, molis amplitudine, ac structura satis commodum, et opportunum in dicta civitate Budvicensi situm, et ab eodem Josepho rege, et imperatore ad hoc designatum, et tributum, ipsiusque Josephi regis, et imperatoris sumptibus, et expensis ad usum episcopi redigendum, et construendum perpetuo quoque addicimus, et adscribimus.

Dotatio eccle-  
siæ cathedra-  
lis.

§. 8. Ac præterea, ut dignitates, et canonicatus dictæ cathedralis ecclesiæ Budvicensis per Nos, ut præfertur erectæ, et institutæ de congrua etiam earum, et eorum respective dotatione provideantur, illasque, et illos pro tempore respective obtinentes onera, et obligationes eis pro tempore respective incumbentes supportare valeant, dictæ præposituræ, eique similiter adnexo aliam aliorum milleducentorum; canonicatui autem per eum, qui simul, et vicarii generalis munere fungetur, quique perpetuo de gremio capituli Budvicensis prædicti sumi debet pro tempore obtinendo aliam trium millium; cuilibet vero reliquorum ex septem canonicatibus, ut supra erectis prædictis aliam mille; ac cuilibet ex quatuor vicariis

prædictis aliam trecentorum; unicuique denique ex tribus cappellanis, ut supra erectis prædictis reliqua respective annuas summam centumquinguenta florenorum similium pro illarum, et illorum respective præbendis similiter a dicto Josepho rege, et imperatore jam, ut pariter accepimus, perpetuo constitutas, et assignatas, ac per unumquemque ex dignitates, ac canonicatus, et præbendas, sic erectos, et erectas obtinentibus, ac etiam per unumquemque ex vicariis, ac cappellanis prædictis pro tempore futuris, ex liberalitate dicti Josephi regis, et imperatoris annuatim respective percipiendas dicta apostolica auctoritate perpetuo quoque applicamus, et assignamus.

§. 9. Eisdemque futuris, ac pro tempore existentibus capitulo, et canonicis dictæ cathedralis ecclesiæ Budvicensis per Nos, ut præfertur erectæ, et institutæ cathedralis ecclesiæ Budvicensis, illiusque chori, capitali, rerum, honorum, et jurium, tam spiritualium, quam temporalium prospero, felicique regimine, gubernio, et directione, nec non onerum illis incumbentium supportatione, ac divinorum officiorum, processionum, funeralium, anniversariorum, ac suffragiorum celebratione, distributione quotidianarum, et aliorum emolumentorum quorumcumque præsentium, et futurorum exactione, reparatione, ac perceptione, et divisione, nec non pœnarum per absentes, ac divinis officiis suis loco, et tempore non interessentes, seu onera, et ministeria eis, et eorum cuilibet incumbencia subire negligentes incurrendarum incursu a præsentibus, et absentibus notandis, ac cæremoniis, et ritibus in dicta cathedrali ecclesia Budvicensi per Nos, ut præfertur erecta, et instituta, illiusque choro, et capitulo, processionibus, et aliis actibus hujusmodi servandis, ac quibusvis aliis rebus in præmissis, et circa præmissa quomodolibet necessariis, et opportunis quæcumque statuta, ordinationes, capitula, et decreta licita tamen, et honesta, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque concilii Tridentini prædictis minime adversantia, ac per eundem modernum, et pro tempore futurum episcopum Budvicensem prius examinanda, et approbanda edendi, et edita declarandi, et interpretandi, ac in meliorem formam redigendi, seu alia de novo ex integro condendi, eisdem tamen sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, decretisque con-

Concessio iuris condendi statuta capitularia.

cilii Tridentini prædictis minime adversantia, ac per eundem modernum, et futurum episcopum Budvicensem prius examinanda, et approbanda, ac per eos, ad quos spectat, et pertinet, ac pro tempore spectabit, et pertinebit observanda, sub pœnis in contrafacientes statuendis plenam, liberam, et omnimodam facultatem, potestatem, et auctoritatem dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et impartimur.

Jus patronatus favore imperatoris reservatur tam pro nominatione capitularium, quam pro presentatione episcopi

§. 10. Ac ulterius eidem Josepho regi, et imperatori, ejusque in regno Bohemæ prædicto successoribus jus præsentandi, seu nominandi Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti infra tempus a jure præfixum ad dictam episcopalem ecclesiam Budvicensem per Nos, ut præfertur, erectam, et institutam tam hac prima vice a primæva illius erectione, et institutione pastoris solatio destitutam, quam deinceps, et quoties eam pastoris solatio hujusmodi destitui contigerit personam idoneam per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem prædictum ad nominationem, seu præsentationem hujusmodi eidem episcopali ecclesiæ Budvicensi in episcopum præficiendam eodem prorsus modo, quo episcopi aliarum ecclesiarum in prædicto Bohemæ regno ad nominationem, seu præsentationem eandem a Sede apostolica prædicta præfici consueverunt. Eodemque, ac simili modo aliud jus nominandi, seu præsentandi personas idoneas ad dignitates, nec non canonicatus, et præbendas, omniaque beneficia ecclesiastica in capitulo ipsius cathedralis ecclesiæ Budvicensis, sic ut præfertur, erectos, et erectas, et erecta hujusmodi tam pariter hac prima vice, et a primæva illarum, et illorum erectione, et institutione per Nos, ut præfertur, factis vacantes, et vacantia, quam etiam deinceps quoties, et illas, ac illos, et illa ex personis eas, et ea, ac eos respective obtinentibus quovis modo vacare contigerit pari apostolica auctoritate iidem perpetuo respective reservamus.

Clausulæ salutare, et irritantes.

§. 11. Decernentes præsentem semper et perpetuo validum, et efficacem ac validas, et efficaces esse, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, et nullo umquam tem-

pore, ex quocumque capite, vel qualibet de causa quantumvis juridica, et legitima, ac privilegiata, etiam ex eo quod causæ propter quas eadem præsentem emanaverint adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis, vel invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut quopiam alio, quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et expressam, ac individuum mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam, ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitate, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite, de jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, ratione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, pia, privilegiata, ac etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra hujusmodi, et affinis superius expressis nullibi appareret, aut alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illum, et illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus concesso, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvari in iudicio, vel extra illud posse, neque eundem Nostrum motum proprium, et eandem præsentem, sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quodcumque, etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine singularibus, etiam consistorialiter, ac ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum tenoribus, expressionibus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam si in eis de eisdem præsentibus, eo-

rumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendere, sed semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutum, repositum, ac plenarie reintegratum, ac restitutas, repositas, ac plenarie reintegratas fore, et esse.

Decretum irritum.

§. 12. Sicque, et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, vicelegatos, dicteque Sedis nuncios, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, ac privilegio fungentes, ac honore, et præ eminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, in quocumque iudicio, et in quacumque instantia iudicari, et definiri debere, irritumque, et inane si secus super his per quoscumque quavis auctoritate scienter vel igaoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ prædictæ regula de jure quæsito non tollendo, ac Lateranensis concilii novissime celebrati ab ecclesiis membra dividi, et distingui prohibentis, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet, etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus pro tempore quomodolibet concessis, et concedendis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialibus, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissis, et forma in illis tradita observata

præsentibus inserti forent eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad præmissorum omnium validissimum effectum specialiter, et expresse, nec non oportune, ac valide hac vice duntaxat motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus harum quoque serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 14. Volumus autem, quod dicta ecclesia episcopalis Budvicensis per Nos, ut præfertur, erecta, et instituta juxta redditus prædictos, illius episcopali mensæ etiam, ut præfertur applicatos, et assignatos de more ad quatuorcentum, et octo florenos auri taxari, et hujusmodi taxa in libris cameræ describi debeat.

Præceptum de inscribendis fructibus in libris cameræ.

§. 15. Nos autem per easdem præsentibus prædictum nuncium in dicta civitate Viennensi Austriæ commorantem, ut præfertur, in executorem earumdem præsentium, quoad illorum executionem tantum apostolica auctoritate prædicta earumdem tenore præsentium deputamus, nec non eidem nuncio facultatem, ut ipse quancumque personam in ecclesiastica dignitate constitutam in executionem prædictam subdelegare libere, et licite valeat, eidemque pariter nuncio, seu personæ ab eo subdelegandæ facultatem quoque, ut ipse, seu ipsa integram præmissorum observantiam sub quibuscumque sententiis, censuris, et pœnis ecclesiasticis præcipere, ac etiam super quacumque oppositione adversus eadem præmissa quomodolibet oritura, servatis tamen, quæ fuerint de jure servanda, definitive pronuciare, etiam libere, ac licite possit dicta apostolica auctoritate concedimus, et impartimur.

Deputatio executoris apostolici.

§. 16. Nulli ergo omaino hominum liceat hanc paginam Nostræ suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, voluntatis, statuti, dismembrationis, divisionis, separationis, disjunctionis, exemptionis, concessionis, assignationis, suppositionis, subjectio nis, probationis, constitutionis, additionis, adscriptionis, applicationis, assignationis, concessionis, impartitionis, reservationis, decreti, derogationis, deputationis, alterius facultatis impartitionis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se

Sanctio pœnalis.

noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo, septingentesimo octuagesimo quinto, quinto kalendas octobris, pontificatus Nostri anno undecimo.

DLXV.

Dat. Romæ  
30. septembris  
1785  
anno XI.

**Declaratio Brevis = Exigit apostolici,** editi die 21 martii 1783., qua Sanctissimus Dominus Noster Pius pp. VI. se velle = protestatur, provincias reformatas Carmelitarum calceatorum, scilicet Montis Sancti, et Scælæ Paradisi, ultra Pharum in Sicilia existentium, in eodem Brevis comprehendit.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ratio concessionis.

§. 1. **C**um ad audientiam Nostram nuper perlatum sit, quod dum pro duabus provinciis ordinis beatæ Mariæ virginis de Monte Carmelo reformatis de Monte Sancto, et de Scala Paradisi nuncupatis in regno Siciliæ ultra Pharum existentibus de executione agebatur Nostrarum literarum in simili forma Brevis sub die xxi martii anni MDCCLXXXIII. expeditarum, qua omnes omnino congregationes cujuscunque observantiæ, vel reformationis ubicunque existentes ordini fratrum beatæ Mariæ virginis de Monte Carmelo antiquæ observantiæ auctoritate Nostra apostolica univimus, ac invicem sub gubernio, ac regimine prioris, ac magistri generalis ejusdem ordinis, et respective sub immediata subjectione provincialium, aliorumque localium priorum, et officialium incorporavimus, nonnulli fratres earundem provinciarum dabiturunt, non sub generalibus earundem literarum verbis dictæ quoque provinciæ comprehensæ essent, hincque tot tricas, ac impedimenta suscitavunt, ut ad hæc usque tempora Nostræ literæ hujusmodi effectum suum in dictis provinciis sortiri nequiverint.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur, cui maxime cordi est inter eos præsertim, qui Christo Domino famulari propius susceperunt, pacem, et tranquillitatem custodiri, ac commodis, et prosperitati dicti ordinis

Bull. Rom. Tom. VII.

consulere volentes, motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, omnes omnino domus, et conventus dictarum provinciarum, sub dispositione Nostrarum literarum præfatarum comprehensos esse, harum serie decernimus, et declaramus.

§. 3. Decernentes has præsentibus literas semper firmas, et validas, ac efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscunque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non omnibus, et singulis illis, quæ in talis memoratis Nostris literis volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die xxx septembris MDCCLXXXV., pontificatus Nostri anno undecimo.

Dorogatio contrariarum.

DLXVI.

Dat. Romæ  
30. septembris  
1785  
anno XI.

Facultas utrique clero civitatis, et diocesis sanctæ Crucis della Sierra in Indiis peragendi commemorationem sancti Josephi in officio, et missa Desponsationis beatæ Mariæ virginis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **C**um sicut venerabilis frater modernus episcopus sanctæ Crucis della Sierra in Indiis Nobis nuper exponi fecit, ipse pro peculiari sua, sui que populi erga sanctum Josephum devotione, in officio, et missa Desponsationis beatæ Mariæ virginis, commemorationem ejusdem sancti Josephi ejus

Tenor precum correctarum ab ordinario.

sponsi ab utroque clero suæ civitatis, et diœcesis prædictæ fieri posse summo opere cupiat.

Concessionis tenor.

§. 2. Nos dictum modernum episcopum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdictionis, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: attempta relatione dilecti filii magistri Julii Mariæ de Somalia congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum secretarii; ut in posterum ab utroque clero civitatis, et diœcesis sanctæ Crucis della Sierra in Indiis commemoratio sancti Josephi sponsi beatæ Mariæ virginis in officio, et missa Desponsationis ejusdem beatæ Mariæ virginis peragi libere, et licite possit, ac valeat, facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et impertimur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictoque clero in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima septembris millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

DLXVII.

Dat. Romæ  
30. septembris  
1785.  
anno XI.

Declaratur officium thesaurarii comitatus Venayssini constituere, et constituisse titulum primordialis nobilitatis transmissibilis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Romanus pontifex ex Altissimi regum regis, et dominantium Domini in terris vicesgerens inter gravissimas curas, quibus assidue premitur, hanc quoque sollicitudinem peculiari studio suscipere consuevit, ut ii, qui devotione, ac fide erga sanctam apostolicam Sedem commendabiles dignoscuntur, honoribus, et præeminentiis sua, et Sedis apostolicæ benignitate decorentur, quo beneficio devincti, et in eadem devotione, et fide erga ipsam apostolicam Sedem sincere persistent, et eorum exemplo alii ad similia promerenda inducantur.

Proemium.

§. 2. Cum itaque Nos ex relatione dilectorum filiorum prolegati Avenionensis, et rectoris Carpentoratensis cognoverimus, munus thesaurarii generalis Cameræ apostolicæ comitatus Venayssini, et ob suæ erectionis antiquitatem, et ob suorum onerum naturam, ac indolem, et ob honores, ac prærogativas eidem officio adnexas, et demum ob illorum qualitatem, qui ad hæc usque tempora munere hujusmodi functi sunt inter clariora, ac insigniora ejusdem provinciæ officia merito recenseri, adeo ut ab omnibus, qui tum ante, tum post illius erectionem in officium vacabile munus hujusmodi occuparant, pro vero titulo primordiali nobilitatis transmissibilis illius gestio adhibita sit, unde ipsi, eorumque descendentes in ditione Nostra prærogativis, honoribus, ac præeminentiis nobilium jugiter usi, et gavisii sunt, ac utuntur, et gaudent, et in omnibus circumstantiis, et casibus a Nobis, et a Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris, et ab omnibus tribunaliis, in judiciis, homagiis, recognitionibus vulgo *reconnaissance*, et dum de incundis muneribus actum est selis nobilibus in dicto comitatu Venayssino reservatis, semper uti tales agniti sunt.

Ratio concessionis.

§. 3. Hinc Nos considerantes, quod licet privilegium nobilitatis transmissibilis, quousque in præsens officium hujusmodi in provincia prædicta co-

Tenor declarationis.

mitatus Venayssini potitum est ubique locorum in ditione Nostra ecclesiastica sit admissum, et acceptatum, nulla tamen lege scripta, aut constitutione apostolica fulciatur, ac splendori, et dignitati ejusdem muneris consulere volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudinæ munus thesaurarii generalis cameræ Nostræ apostolicæ in comitatu Nostro Venayssino fuisse, et esse, ac constituisse, et constituere, tam de præterito favore omnium, et singulorum, qui illud expleverint, titulum primordiale veræ nobilitatis ad descendentes transmissibilem, semperque ab iis omnibus, et singulis ad omnes, et quoscumque effectus, dummodo nullo unquam tempore quidquam egerint, quod acquisitæ nobilitati derogare poterit, allegabilem cum omnibus honoribus, præminentis, et prærogativis solitis, et consuetis, quibus cæteri vere nobiles utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, vel poterunt in futurum tenore præsentium decernimus, et declaramus, et quatenus opus sit, motu, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non comitatus Venayssini etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et

innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa, ac individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem ut eardem præsentium literarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die trigesima septembris millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

Fides habenda transumptis.

DLXVIII.

Dat. Romæ  
8. novembris  
1785.  
anno XI.

Confirmantur decreta pro-legatorum Avenionensium quibus fit potestas beneficiatis collegiatæ ecclesiæ s. Agricolæ civitatis prædictæ insimul conveniendi ad tractanda negocia, aliaque deliberanda pro litibus, quæ inter eos, et canonicos ejusdem collegiatæ persæpe exortuntur.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii beneficiati collegiatæ ecclesiæ sancti Agricolæ civitatis Nostræ Avenionensis, quod inter eos ex una, et canonicos ejusdem collegiatæ ex altera parte persæpe, præsertim vero ob administrationem mensæ capitularis exortæ sunt lites, et contentiones, unde beneficiati exponentes, ut facile insimul convenire possent ad agenda negotia hujusmodi anno MDCCXXX. die undecima julii à tunc existente Sedis apostolicæ pro-legato Avenionensi

Expositio præcum porrectorum a beneficiatis ecclesiæ s. Agricolæ.

de Ilcio obtinuerunt decretum tenoris, qui sequitur.

Tenor decreti editi ab pro-legato de anno 1750.

§. 2. Anno MDCCLXXX. et die secunda mensis julii illustrissimus, et excellentissimus dominus prolegatus in palatio apostolico, et camera suæ residentię providens instantiis factis suæ excell. a dictis dominis beneficiatis, et eorum parte occasione litium, quas intenterunt contra dominos canonicos antea administratores granorum capituli dictę ecclesię.

Permisit, et permittit dictis dominis presbyteris beneficiatis convenire toties quoties illis bene visum fuerit, et in locum, quem eligent ad deliberandum, et concludendum id, quod sibi visum fuerit tam ratione dictę litis, quam aliarum instantiarum per eos motarum, et movendarum contra dictum capitulum, aut aliquem de communitate. Mandans, quod deliberationes, et conclusiones, quas capient ad pluralitatem vocum sint executorię contra absentes, tamquam pręsentes monitos nihilominus, aut citatos ad assistendum cętibus, derogando ad hunc effectum omnibus in contrarium facientibus.

#### R. De Ilcio

Quod quidem decretum postmodum die nona mensis decembris ejusdem anni ab eodem pro-legato fuit explicatum tenoris, qui sequitur.

Declaratio ipsius decreti

§. 3. In causa dominorum beneficiariorum ecclesię parochialis sancti Agricolę istius civitatis Avenionensis contra dominos decanum, et canonicos ejusdem ecclesię.

Anno millesimo septingentesimo trigesimo, die vero nona mensis decembris illustrissimus, et excellentissimus dominus Avenionensis pro-legatus in palatio apostolico, et audientia publica auditis in iudicio contradictorio dominis iudice Blanc, De Benoiz, Dumas, et Pecadecombe pro dominis Girousse, Banc, Benoiz, et aliis, et e contra dominis Teste, et Casal pro dominis Ferrand, Deidier, Astier, Rousset, Isnard, Moulet, et aliis in eorum instantiis, et requisitionibus.

Explicando rescriptum obtentum sub die undecima julii ultimo decursi mandavit, quod deliberationes captę, vel capiendę afficiant absentes, vel contradicentes prout de jure tantum.

#### R. De Ilcio pro-legatus

§. 4. Hęc tamen nihil quasi profecerunt, unde cum inter cętera nuper etiam quędam inter canonicos, et beneficiatos hujusmodi occasione cujusdam decreti, seu resolutionis capitularis mota sit controversia, beneficiati prędicti denuo sub die quarta mensis maii hujus anni ad dilectum filium Jacobum Filomarino tunc Nostrum, et Sedis apostolicę pro-legatum Avenionensem confugerunt, novumque decretum impetrarunt, tenoris qui sequitur.

Exponitur nihil prędicta decreta profuisse, et aliud latum fuisse de anno 1785.

§. 5. Anno millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, et die quarta mensis maii illustrissimus, et excellentissimus dominus pro-legatus providens instantiis factis suę excellentię a dictis dominis beneficiatis ecclesię parochialis, et insignis sancti Agricolę hujusce urbis Avenionensis, et ut placeat suę excellentię eis licentiã dare conveniendi ad deliberandum tam in litibus tam motis, quam movendis contra canonicos hujus ecclesię, quam in aliis rebus eos afficientibus juxta quod, eis obtentum fuit in variis occasionibus a dominis pro-legatis, e maxime mandato dd. Delci undecima die mensis julii millesimo septingentesimo trigesimo, cujus mandati ostenderunt tenorem suę excellentię, permisit, et permittit dictis dominis presbyteris beneficiatis convenire in locum, quem eligent ad deliberandum, et concludendum id, quod sibi visum fuerit tam ratione dictę litis, quam aliarum instantiarum per eos motarum, et movendarum contra dictos canonicos hujusce ecclesię sancti Agricolę tam ante tribunal excellentissimi domini archiepiscopi, quam ante alia convenientia. Mandans, quod deliberationes, et conclusiones, quas capient ad pluralitatem vocum sint executorię tam contra absentes, quam pręsentes, monitos nihilominus, aut citatos ad assistendum cętibus; derogando ad hunc effectum omnibus in contrarium facientibus.

Tenor novi decreti.

#### F. Filomarino pro-legatus

§. 6. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ut decreta hujusmodi firmiter subsistant, ac serventur exactius, exponentes prędicti apostolicę Nostrę potestatis patrocinio communiti summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in pręmissis oportune pro-

Preces pro confirmatione horum decretorum.

videre, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Tenor apostolicæ confirmationis.

§. 7. Nos igitur eosdem exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinserta decreta auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritum.

§. 8. Decernentes has præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ collegiatae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava novembris

millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

DLXIX.

Dat. Romæ  
8. novembris  
1785  
anno XI.

Deputatio specialis congregationis pro reformatione legum criminalium, earumque commutatione in melius juxta temporum necessitates.

Monsignor Ignazio Busca  
arcivescovo di Emesa,  
governatore, e vice-camerlengo

§. 1. **F**ralle cure gravissime del Nostro pontificato essendoci principalmente a cuore la felicità de' Nostri amatissimi sudditi, abbiamo presa in matura considerazione la frequenza de' delitti, che da qualche tempo turbano la pubblica, e privata tranquillità di Roma, e del Nostro stato, e la facilità, con la quale li delinquenti evitano le pene dovute alli loro misfatti, o gli vengono imposte con proporzione alle commesse enormità, ed abbiamo in seguito rilevato che questi gravissimi disordini provengono nella maggior parte dal sistema della vegliante legislazione criminale, e specialmente dalla discordanza di una prammatica con l'altra.

Proemium.

§. 2. Perciò seguendo le orme de' Nostri illustri predecessori, e specialmente di Benedetto XIV. di sempre gloriosa memoria; il quale non meno colla *totale rinnovazione de' bandi* per Roma, e per lo stato, che con altre molte providenze riguardanti la prova de' delitti, e le procedure de' tribunali, e de' giudici criminali, credette di dover soddisfare, e provvedere all' opportunità di quei tempi; ed aderendo altresì alle rappresentanze da voi fatteci sulla necessità di riparare con nuove, ed ulteriori providenze agl' indicati, ed altri inconvenienti insorti nel giudizio de' delitti, di Nostro *moto proprio*, certa scienza, e pienezza di potestà assoluta siamo venuti nella determinazione di deputare, come col presente chirografo deputiamo, una congregazione particolare composta de' reverendissimi cardinali Borromeo prefetto dell' Immunità, Pallotta prefetto del Concilio, e Boncompagni Nostro segre-

Electio congregationis, et deputatio cardinalium, præsulum, et advocatorum illam constituentium



tario di stato, non che di voi, e de' monsignori Campanelli Nostro uditore, Gioja segretario di Consulta, Roverella uditore di Rota, della Porta chierico di camera, Quarantotti votante di Segnatura, Erskine promotore della fede, Costantini avvocato de' poveri, Benetti avvocato fiscale, e Barberj fiscale generale, alla quale commettiamo di esaminare, e disporre quanto può essere giusto, e necessario per rimuovere li divisati, ed altri disordini, che s'incontrano in questa interessantissima parte del pubblico governo.

Indigitatur  
modus sequen-  
dus in novis  
edendis legi-  
bus.

§. 3. Ed affinché tal' opera, che ci è sommamente a cuore, riesca di più facile, e spedita esecuzione, vogliamo, ed ordiniamo, che voi, ed il prelodato monsignor Gioja coll' interessenza, e parere de' suddetti avvocato de' poveri, avvocato fiscale, e fiscale generale dobbiate preventivamente deliberare sopra tutto ciò, che può condurre allo stabilimento di una utile, e saggia legislazione criminale tanto in Roma, che in tutto il Nostro stato. E quindi quelle disposizioni, che saranno credute a tal' uopo utili, o necessarie, dobbiate portarle alla cognizione, ed all' esame di detti reverendissimi cardinali, li quali coll' interessenza vostra, e di tutti gli altri di sopra nominati prelati, ed individui componenti la congregazione ne faranno l' opportuna discussione, onde poi da Noi approvate, quando così crediamo, ricevano dalla Nostra potestà il loro valore, ed in tal guisa un ben inteso sistema di legislazione nella prevenzione de' delitti, nella proporzione delle pene, nella rilevanza delle prove, nella facilità dell' ordinatoria, e nella distribuzione de' mezzi tendenti ad assicurare in un tempo stesso la salvezza degl' innocenti, e la condegna punizione de' rei, partorisca l' effetto di quella pubblica felicità, a cui son dirette le Nostre mire.

Clausula sub-  
lata, decre-  
tum irritans,  
et derogatio  
contrariorum.

§. 4. A tal fine concediamo alla prelodata congregazione facoltà, ed arbitrio di proporci quel piano, e quei mezzi, che stimerà più opportuni al bisogno; volendo, e decretando, che il presente chirografo colla sola Nostra sottoscrizione, e registrato che sia negli atti del vostro tribunale, vaglia, ed abbia il suo pieno effetto, ed esecuzione, benchè non registrato nei libri della camera, nè in altro modo sia servata la forma della costituzione di Pio IV. de registrandis alla quale perciò deroghiamo, e che contro di esso non possa opporsi orrezione, o surre-

zione, o difetto d' intenzione, o qualunque altro difetto, benchè degno di speciale, espressa, ed individua menzione, e non si possa diversamente interpretare, benchè l' interpretazione provenisse da' canoni anche conciliarj, leggi, costituzioni, decreti, ed opinioni approvate, poichè tale è la Nostra certa, espressa, e determinata volontà. Dato dal Nostro palazzo apostolico del Quirinale, questo di 8. novembre 1785.

PIUS PP. VI.

DLXX.

Dat. Romae  
19. novembris  
1785  
anno XI.

Derogatio statutorum fratrum ordinis  
beatæ Mariæ virginis de monte Car-  
melo provinciarum Galliaë.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **E**a est infirmitatis Nostræ humanæ misera conditio, ut raro contingat, tam scite, tamque prudenter aliquid constitui, quin brevi ex experientia rerum magistra, quæ fuerunt disposita minus apta, atque opportuna appareant; unde aut declaranda, aut immutanda, aut interdum etiam in totum sunt reformanda: quod profecto inter cætera evenisse constat in nova constitutionum collectione, quam nonnullis immutatis ex antiquis constitutionibus strictioris observantiæ nuncupatis provinciæ Galliaë fratrum ordinis beatæ virginis Mariæ de Monte Carmelo nuperime curarunt, quamque etiam felicis recordationis Clemens pp. XIV. per suas literas in simili forma Brevis die trigesima mensis maii anno MDCCCLXXII. expeditas confirmavit.

Preamium.

§. 2. Siquidem sicut pro parte dilectorum filiorum priorum provincialium Galliaë ordinis prædicti Nobis nuper expositum fuit, cum antiquæ constitutiones strictioris observantiæ dicti ordinis jam a felicis recordationis Urbano pp. VIII., et Innocentio X. prædecessoribus Nostris approbatæ in sua parte tertia cap. I. num. 11. sic disponerent = Convocatur capitulum provinciale ex prioribus cum uno socio rite a conventu quolibet electo . . . ex vi-

Expositio præ-  
cum et ratio  
concessionis.

cariis novorum locorum, ubi præter ipsum vicarium degunt fratres cum voce, et loco, numerum quateroarium, eo comprehenso, excedentes, et socio rite electo = Priores provinciales tunc existentes sibi suaserunt futurum fore utilius suis respective provinciis, si jus habendi vicarium, eligendi socium prioris, seu discretum conventus in comitiis provincialibus, ad eos tantum conventus cohiberetur, quorum communitas ex majori fratrum numero esset composita, quam in antiquis strictioris observantiæ constitutionibus erat dispositam; hincque in memorata nova dictarum constitutionum collectione, sic antiqua statuta reformarunt = Nullus fiat discretus in conventibus, qui completam non habent conventualitatem, novem scilicet clericorum; nec vicarii hujusmodi conventuum jus habeant eundi, et sedendi inter priores, quamdiu capitulum celebratur = part. III. cap. 1.

§. 11. Ast e contra cum postmodum comperit sit, conventus, qui præscriptam completam conventualitatem habent ex pluribus subinde exortis causis pauciores esse, quam cæteri illam non habentes; eaque propter vix, aut ne vix quidem capitula provincialia convocari possent, vel saltem notabilis pars communitatum hujusmodi nullum haberent, qui suas partes in capitulis prædictis sustineret, meritoque vereri posset, ne provinciarum hujusmodi gubernium apud potiores residendo multæ inordinationes, aut absurda exortura essent, quod maxime dictis provinciis exiliosum, ac incommodum foret. Nobis hinc priores provinciales prædicti humiliter supplicari fecerunt, ut derogando præinsertæ dispositioni paragraphi secundi capituli primi partis tertiæ recentium constitutionum in pristinum usum antiquas constitutiones, quoad præinsertam dispositionem revocarem.

§. 3. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrent, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, audito prius venerabilis fratris Nostri Andree cardinalis episcopi Sabinensis Corsini nuncupati ordinis prædicti apud Nos, et sanctam Sedem protectoris consilio, derogando præinserto §. se-

*Bull. Rom. Tom. VII.*

cundo capituli I. tertiæ partis novarum constitutionum ordinis prædicti, auctoritate apostolica tenore præsentium sancimus, atque decernimus, ut in posterum, ac perpetuis futuris temporibus præinserta dispositio partis tertiæ capituli primi numeri quarti dictarum antiquarum constitutionum de ac super electione discreti, et qualitate suffragantium in capitulis provincialibus etiam pro provinciis in Gallia existentibus omnino observetur, ac religiose retineatur; omnesque conventus, quibus ante dictarum novarum constitutionum confirmationem, et apostolicam approbationem jus erat eligendi socium, seu discretum, ac ferendi suffragium in capitulo provinciali per suum vicarium, ac dictum socium, seu discretum, ad suum pristinum jus, ad formam antiquarum constitutionum, auctoritate, et tenore prædictis restituimus, reponimus, ac plenissime reintegramus.

§. 4. Decernentes has præsentis litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuntios, sublata eis, et coram cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non provincialium, et ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgiis, et litteris apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficien-

*Clausula sublata, et decretum irritans.*

*Derogatio contrariorum.*

*Tenor derogationis, cum suis declarationibus.*

ter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima nona novembris MDCCLXXXV. pontificatus Nostri anno undecimo.

Dat. Romæ  
6. decembris  
1785  
anno XI.

DLXXI.

Concessio vescendi carnibus diebus non impeditis favore monachorum ordinis Cisterciensis tam communis, quam strictæ observantiæ.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Exponitur regula utriusque ordinis, communis scilicet, et strictæ observantiæ super usu carniarum, et abusus in utraque irrepti declarantur.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus modernus procurator generalis monachorum ordinis Cisterciensis duas in suo ordine militare observantias communis, et strictæ nomine nuncupatas, quarum una ab alia differt in eo dumtaxat, quod communi permittitur vesci carnibus tribus diebus in hebdomada, strictæ autem usus carniarum penitus interdicitur, ut ex ejusdem ordinis constitutionibus a fel. rec. Alexandro pp. VII. prædecessore Nostro per suas literas in simili forma Brevis die xix aprilis MDCLXVI. approbatis articulo vigesimoquarto constat. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, temporum calamitates, et naturæ humanæ fragilitas sapientioribus consiliis, et ordinationibus soleant plerumque afferre detrimenta, hinc factum est, ut in communi observantia invaluerit abusus carnes manducare etiam die lunæ, et instricta, communis observantiæ normæ, et exemplo sese accommodare carnes comedendo quatuor diebus in hebdomada, non sicut tamen multorum timorata conscientia monachorum scrupulo, quæ cum in capitulo generali ejusdem ordinis die nona septembris anni MDCCLXXXIII. Cistercii habito mature fuerint perpensa, ac discussa ob difficultatem corrigendi inductos abusus, ac collapsam abstinentiæ abesse carniarum disciplinam ad suum pristinum candorem restituendi ab eodem capitulo generali deliberatum fuit

Nobis humiles preces porrigere, ut in præmissis providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

§. 2. Nos igitur Christifidelium, et præsertim religiosorum hominum, qui contemptis sæculi illecebris Deo propius familiare susceperunt, salutem, quantum cum Domino possumus, providere satagentes, ac monachorum ordinis prædicti conscientias ab omni scrupulo liberare volentes, ut deinde in laudabilis eorum instituti, ac regularis disciplinæ observatione alacriores sese demostrent, illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati; ut deinceps perpetuis futuris temporibus omnes, et singuli monachi tum communis, tum strictæ observantiæ ordinis prædicti singulis anni diebus cujuslibet hebdomadæ, exceptis in feriis quartis, ac diebus, in quibus jejuna de jure, vel consuetudine præceptum inciderit, carnes absque ullo conscientia scrupulo libere comedendi, iisque utendi licentiam, et facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et elargimur, ac pœnis a constitutionibus prædictis transgressoribus, vel etiam superioribus localibus carniarum esum permittentibus inflictis omnes dictos monachos utriusque observantiæ tum eos, qui ante præsentium literarum Nostrarum executionem carnibus vesci ausi sunt, absolvimus, et relaxamus, ac absolutos, et relaxatos fore; et esse auctoritate, et tenore præsentis declaramus.

§. 3. Volentes propterea, ut in cæteris hebdomadæ diebus superiores locales suis respective monachis cibos in ea quantitate, ac qualitate, quæ illorum prudentia, ac religio eis suggeret, servata cæteroquin christiana religiosa temperantia, quin nec ipsi, nec religiosi prædicti pœnas a constitutionibus prædictis inflictas incurrant, subministrare, iisque respective uti in perpetuum libere, ac licite possint, et valeant.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis prædicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et

Tenor concessionis novæ.

Declarationes speciales.

Derogatio contrariorum.

consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vi decembris MDCCLXXXV., pontificatus Nostri anno undecimo.

DLXXXII.

Dat. Romæ  
6. decembris  
1785  
anno XI.

Approbatur declaratio a definitorio conventus del Pardo ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum facta.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **S**acrosancti apostolatus officii, quod auctore Deo gerimus, sollicitudo Nos admonet, ut paternam Christianifidelium, qui spretis mundi illecebris, Altissimi obsequiis se se sub suavi religionis jugo manciparunt, uberesque honorum operum fructus assidue proferre satagunt, curam gerentes, eosque peculiari charitate prosequentes, illa, quæ pro felici eorum in via Domini directione, prosperoque gubernio provide, sapienterque constituta esse noscuntur, ut firma, illibataque permanent, et inviolabiliter serventur apostolici muniminis Nostri patrocinio constabimus.

§. 2. Expositum siquidem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici Nobis nuper fuit, quod alias dilectus filius Erhardus Radkerpurg minister generalis fratrum ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, ut vitæ genus majoris austeritatis, ac perfecte communis jam alias in conventu fratrum ordinis prædicti del Pardo nuncupati Toletanæ diœcesis inductum, magis magisque custodiretur, aliqua peculiaris statuta, ac leges sancivit, intra quæ sub numero decimo tertio cautum est, ne ullus frater ordinis prædicti ad

dictum conventum de familia a provinciali assignetur, nisi prius ipsamet frater id exoptulaverit, et a guardiano ejusdem conventus cum majori, et saniori parte suorum consiliariorum fuerit admissus, quod etiam intelligendum esse de studio, et laicis ad dictum conventum assignandis expresse a definitorio sub die xxvi januarii MDCCLXXXIX. fuit constitutum.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, postmodum nempe sub die xxii octobris anni MDCCLXXXIX. inter provincialem provinciæ Castellæ dicti ordinis cum suo definitorio, et guardianum conventus prædicti cum suis consiliariis declaratum fuerit, sub dispositione dicti statuti decimi tertii haud comprehendi fratres studentes, et laicos, unde provinciali Castellæ pro tempore existenti, eos, quos maluisset in dicto conventu de familia assignare permittebatur, ac ex declaratione hujusmodi inter eorum successores de ac super studii destinatione aliqua jurgia, et contentiones exorta sint, hinc memoratus Karolus rex catholicus ad præcidendam ulteriorem perturbationum causam Nobis humiliter supplicari, fecit, ut prævia abrogatione, et deletione dictæ declarationis inter provincialem, et guardianum prædictos die xxii octobris anni MDCCLXXXIX., ut præfertur, factæ, dictam capituli decimi tertii declarationem a definitorio, ut præfertur, pro ejusdem conventus comodo, et utilitate factam auctoritatis apostolicæ patrocinio communiti de benignitate apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur, qui licet regularem disciplinam tueri, et si aliquando collapsa sit eam inter eos, qui Deo proprius in religione famulari susceperunt, restituere totis viribus adnitamur, nunquam tamen hosce Christianifideles ad austerioris vitæ institutum, quam professi sunt amplectendum adigere volumus, libenti animo adducimur, ut memorati Karoli regis catholici votis annuamus; prævia itaque abrogatione, et deletione cujuscumque declarationis inter provincialem ex una, et guardianum prædictum ex altera parte, ac super assignatione, seu destinatione studii, et laicorum de familia in conventu dicti ordinis del Pardo nuncupato alias factæ declarationem ejusdem capituli tertii alias a definitorio sub die xxvi januarii MDCCLXXXIX., ut præfertur, factam, qua sub dicta dispositione comprehensum studentes, tum laicos definitum fuit, auctoritate apostolica tenore præ-

Ab <sup>in</sup> pociore  
statutorum de  
claratione jur-  
gia suborta  
sunt.

Hinc nova de-  
claratio delat-  
tur, et vetus  
dispositio ad  
vitam revocet-  
tur.

Proemium.

Exponitur ve-  
tus statutorum  
ordinis dispo-  
sicio.

sentium confirmamus, et approbamus; illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui quomodolibet in eis intervenerint, supplemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Deceruentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, te pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti conventus etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta decembris millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

DLXXIII.

Dat. Romæ  
6. decembris  
1785.  
anno XI.

Approbantur quædam capitula a consilio cameræ regię Hispaniarum facta.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **C**um ea, quæ propter justas, et rationabiles causas aliquando stabilita sunt ex novis emergentibus momentis provide oportere declarari, moderari, ac etiam interdum prorsus immutari, ipsa rerum, ac temporum experientia doceat, carissimus in Christo filius Noster Karolus Hispaniarum rex catholicus, quemadmodum scite, ac prudenter alias fuisse, a constitutionibus aliquarum ecclesiarum in suis ditionibus existentium præscriptam methodum, unde probationes ab iisdem constitutionibus requisitæ essent peragenda, ita nunc improvidam prorsus, ac damnosam esse intelligens, regalis suæ cameræ consilio commisit, ut de hac re mature consulerent.

Proemium.

§. 2. Cum autem sicut memoratus Karolus rex catholicus Nobis exponi fecit, a dictis consultoribus fuerint absurda omnia ex constitutionibus prædictis inter se etiam interdum repugnantibus resultantia post maturum examen cognita, novas ferendas esse censuerunt leges, tenoris, qui sequitur.

Expositio præcum porrectarum a rege catholico.

§. 3. I. Che si mantengano per ora li statuti, e costumanze, che vi fossero nelle chiese, di fare le prove agli ecclesiastici, che conseguiscano dignità, canonicati, porzioni, e qualsisia altro ministero, per quanto sia compatibile col beneficio, o sia vantaggio della causa pubblica, e de' provisti medesimi: che per conciliare questi due estremi, ed ovviare ai danni suddivisati, gli ecclesiastici, che doveano fare le prove, presentassero ai loro rispettivi capitoli le loro genealogie chiare, ed esprimenti la loro origine, e quella de' loro ascendenti fino al grado richiesto dai statuti; come pure l'elenco de' luoghi, ove per ragion de' matrimonj, battesimi, morti, o altro di uopo sia il qualificare le loro persone.

De requisitis evincendis ab eligendis ad dignitates, canonicatus, et huiusmodi officia, et beneficia.

§. 4. II. Che in vista del memoriale, o genealogia presentata dal provisto, commetta il capitolo le sue prove al canonico, dignità, o porzionario, che sia di turco, o da eleggersi, giusta il costume, che vi fosse in quella

De modo procedendi in examine documentorum exhibitum.

chiesa, con facoltà, che il detto commissario possa ricevere le informazioni istruttive, che si dovranno fare nella capitale di sua residenza, esaminando testimoni, e facendo estrarre, e autenticare gl'istrumenti, di cui pretenda l'interessato avvalersi, ed esistino nella medesima capitale, nello stesso modo, e forma, come oggi si stila; ben' inteso però, che non possino uscire, nè escano dalla capitale, per andare ad altri luoghi, ancorchè siano ville della città medesima, o poco da essa distanti, senza che per questa lieve occupazione di fare le prove si possino scusare dalla precisa assistenza, o sia intervento a tutte le ore canoniche del coro, nè all'adempimento degli altri obblighi, che gl'incombino per istituto delle loro rispettive prebende.

De probationibus faciendis extra locum ubi reperitur ecclesia, de cuius provisione agitur.

§. 5. III. Che le prove, che si debban fare in tutto, o in parte fuori della città, o villaggio, ove esistesse la chiesa, in cui sia provisto l'interessato, se l'intenda il detto commissario per via di lettere concertate con li provvisori, ed ordinarij, affinchè ricevino le informazioni, che pretendessero fare gli aggraziati, tanto in linea di testimonj, che d'istrumenti, senza che possino sortire dalla medesima città, nel causare alcuna dieta, avvalendosi per la compulsa delle fedeli di battesimo, matrimonj, ed altri istrumenti, che li pretendenti vorranno esibire dai parrochi de' luoghi, ove si dovesero estrarre, o confrontare in caso, che fossero di prima esibiti.

De instrumentis tradendis absque dilatione, et sine extraordinario tributo.

§. 6. IV. Che per gl'istrumenti, che si trovassero negli archivj, notarie, ed officj riguardanti il regio tribunale, li giudicanti se li faccian dare a richiesta de' commissarij, senza causare ai medesimi dilazione, e senza esigere da essi altri emolumenti, che gli assegnati nelle tasse.

De examine ab ordinariis faciundo, et informatione ab eis capitulo danda.

§. 7. V. Che li medesimi ordinarij ecclesiastici, terminata la prova del ramo loro commessa, la trasmettino originalmente chiusa, e sigillata con la loro informazione al commissario principale del capitolo, sia dignità, canonico, o porzionario, il quale riunendo tutti i documenti risguardanti la prova, previa l'istanza della parte interessata, e manifestando questa di non averne alcun'altra a fare, la rechi insieme con la sua relazione al capitolo, e si proceda senza indugio al suo esame, ed approvazione nella forma, che di presente si pratica.

§. 8. VI. ed ultimo = Che se l'aggraziato, che pretende fare le prove, le avesse fatte anteriormente per altra chiesa, o comunità di eguale statuto, o costumanza, e gli fossero state approvate, adempirà coll' esibire un' attestato di aver fatte le prove, e della loro approvazione, possesso, ed ammissione effettiva, intendendosi lo stesso riguardo a quelle, che fatto avesse qualche ascendente, germano, o parente relativamente alle linee, che sieno qualificate nelle dette prove, di maniera che debba fare quelle soltanto delli gradi, e delle linee non comprese nelle prove anteriori, intendendosi rapporto a queste quanto è stato disposto sul punto principale con il secondo mezzo, mentre nè il commissario del capitolo, nè gli ordinarij ecclesiastici dovranno sortire dai loro domicilij, nè cagionare diete, e salarij nelle informazioni, e diligenze, che debbano praticarsi.

De eligendis absque novo examine, et processu super idoneitate.

§. 9. Ut itaque hæc nova methodus suum sortiatur effectum, ac plenissime observetur, memoratus Karolus rex catholicus apostolicæ Nostræ auctoritatis patrocinio communiri summo opere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur votis ejusdem Karoli regis catholici, quantum cum Domino possumus annuere volentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, præinserta capitula auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robor adiciamus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui quomodolibet in eis intervenerint supplementus.

Confirmatio apostolica.

§. 10. Decernentes has præsentis litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctorita-

Clausula sublata, et decretum irritans.

te scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
suetudinum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgiis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anno piscatoris die sexta decembris millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

#### DLXXIV.

Dat. Romæ  
16. decembris  
1785  
anno XI.

Conceditur fratribus Cappuccinis ordinis sancti Francisci provinciæ Romanæ cura animarum, et directio spiritualis infirmorum archiospitalis s. Spiritus in Saxia de urbe.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Ratio concessio-  
nis.

§. 1. Cum religionis zelus eximie in pauperes charitatis, ac altissimæ humilitatis, aliarumque virtutum merita, quibus in Ecclesia Dei fratres ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum quam maxime fulgeant, Nos adduxerint, ut illorum vigilantia, et sollicitudini, ea, quæ Nobis summopere cordi sunt, quæque inter cætera pietatis opera, quæ secundum apostolum promissionem habent vitæ, divina scriptura commendat, concederemus; hinc ad spiritualem infirmorum in archiospitali sancti Spiritus in Saxia de urbe nunc, et pro

tempore degentium directionem, eorumque animarum curam, quam nonnulli presbyteri sæculares hactenus gesserunt, dilectorum filiorum fratrum ordinis prædicti opera deinceps uti decrevimus.

Tenor concessio-  
nis.

§. 2. Verum quia eisdem fratribus per constitutiones sui ordinis apostolica auctoritate approbatas, et confirmatas sacramentales sæcularium confessiones excipere, et audire interdictum est, atque ut hoc voluntatis Nostræ consilium perpetuis futuris temporibus servetur, Nos ex commissi Nobis divinitus pastoralis muneris debito animarum saluti, quantum cum Domino possumus, providere cupientes, dictorum fratrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, motu proprio, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine eisdem fratribus minoribus Cappuccinis in sacro presbyteratus ordine constitutis, et ad audiendas sæcularium confessiones idoneis, et a dilecto in Christo filio Nostro almæ urbis in spiritualibus vicario, vel ejus vicesgerenti prius approbatis, eorumque præsidi curam, et spiritualem infirmorum in archiospitali sancti Spiritus in Saxia prædicto nunc, et pro tempore degentium directionem, sub jurisdictione, et gubernio damtaxat dilecti filii moderni, et pro tempore existentis præceptoris, seu commendatarii generalis dicti archiospitalis, ac sub legibus, et conventionibus jam inter eundem præceptorem, seu commendatarium ex una, et ministrum provinciam provinciæ Romanæ dicti ordinis ex altera parte tum factis, cum faciendis tenore præsentium committimus, et commendamus; illisque, qui ad inserviendum pro cappellanis, et spiritualibus directoribus in prædicto archiospitali pro tempore deputati fuerint, ut, dum hoc ministerio fungentur tantum, infirmorum inibi degentium sacramentales confessiones audire, eosque ab eorum peccatis pœnitentia salutaris, et alia, quæ injungenda fuerint, eis respective injunctis absolvere libere, ac licite possint, et valeant motu, scientia, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes has præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari,

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et archiepiscopalis prædicatorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac in aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Declaratio specialis.

§. 5. Volumus autem, ac tenore præsentium decernimus, ut elemosyna, quam dictus modernus, et pro tempore existens præceptor, seu commendatarius dicti archiepiscopalis Sancti Spiritus dictis fratribus Cappuccinis cappellanis, ac spiritualibus directoribus, seu ministro provinciali provinciæ Romanæ ordinis prædicti, cui subiiciuntur, præter quotidianam illorum exhibitionem largiri consuevit, a ministro provinciali prædicto partim in eorundem fratrum Cappuccinorum vestitum pro suo arbitrio tamen, et conscientia erogetur, partim superextans videlicet illius portio, si aliqua erit, ad compescendos extraordinarios sumptus, quibus conventus Conceptionis Immaculatæ Beatæ Mariæ Virginis in alma Nostra urbe existens horum intuitu gravatur, in utilitatem, ac commodum conventus huiusmodi omnino cedat.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta decembris millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

DLXXV.

Dat. Romæ  
16. decembris  
1785  
anno XI.

Facultas rectori parochialis ecclesiæ beatæ Mariæ virginis, vulgo la Blanca nuncupatæ, civitatis Hispalensis celebrandi missam votivam ejusdem beatæ Mariæ virginis singulis anni sabbathis etiam impeditis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Cum sicut dilectus filius modernus parochus, seu rector parochialis ecclesiæ beatæ Mariæ virginis ad Nives, vulgo nuncupatæ la Blanca civitatis Hispalensis Nobis nuper exponi fecit, ipse singulis anni sabbathis missam votivam beatæ Mariæ virginis cum cantu celebrare teneatur; quo autem frequentius devotioni erga eandem beatam Mariam virginem satisfacere valeat, dictam missam votivam in sabbathis, etiam impeditis celebrare posse summo cupiat.

Tenor precum

§. 2. Nos dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, huius tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, exponenti, ac pro tempore existenti parochio dictæ parochialis ecclesiæ beatæ Mariæ virginis ad Nives, ut in singulis anni sabbathis, exceptis festivis primæ, et secundæ classis, prædictam missam votivam beatæ Mariæ virginis cum cantu celebrare libere, et licite possit, et valeat auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Concessionis tenor.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque parochialis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis,

Derogatio contrariorum.



et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta decembris millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

## DLXXVI.

Dat. Romæ  
16. decembris  
1785.  
Anno XI.

Facultas monachis ordinis sancti Hieronymi monasterii Regalis nuncupati nullius diœcesis provinciæ Toletanæ celebrandi singulis anni diebus missam votivam beatæ Mariæ virginis de Guadalupe.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor precum  
porrectarum.

§. 1. Cum sicut dilecti filii abbas, et monachi Regalis nuncupati monasterii ordinis sancti Hieronymi nullius diœcesis provinciæ Toletanæ Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi pro eo, quem erga beatam Mariam virginem gerunt devotionis affectu, singulis anni diebus in aurora missam votivam solemnem ejusdem beatæ Mariæ virginis sub nomenclatura de Guadalupe celebrare posse summopere cupiant.

Concessionis  
tenor.

§. 2. Nos dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus

eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: attenta relatione dilecti filii magistri Karoli Erskine fidei promotoris, abbati, et monachis monasterii prædicti, ut ipsi singulis anni diebus, exceptis festivis primæ, et secundæ classis, in aurora dictam missam votivam solemnem beatæ Mariæ virginis sub nomenclatura de Guadalupe celebrare libere, ac licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictorumque ordinis, et monasterii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta decembris millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

Derogatio con-  
trariarum.



Dat. Romæ  
16. decembris  
1785  
anno XI.

DLXXVII.

Committitur nuntio Poloniæ ut confirmet unionem, et incorporationem octo parochiarum alias monasterio Paradisiensi ordinis Cisterciensis ab episcopis Posnaniensibus factam,

Venerabili fratri Ferdinando archiepiscopo Carthaginiensi apud carissimum in Christo filium Nostrum Stanislaum Poloniæ regem illustrem Nostrum, et Sedis apostolicæ nuncio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam benedictionem

Prosumum.

§. 1. Quoties illud a Nobis petitur, quod religioni, et Christifidelium bono convenire dignoscitur, animo Nos decet libenti concedere, et petentium desideria congrua impertiri suffragium.

Expositio precum ab abbate ordinis porrectarum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii modernus abbas, et monachi monasterii Paradisiensis ordinis Cisterciensis Posnaniensis diocesis, quod alias nempe anno MDCCXXV. Joannes Joachimus, dum vixit, episcopus Posnaniensis ecclesias parochiales de Kalawa, Wysoka, Starydwor, Wyszanow, Zagowiecz, Hociszaw, Lutob, Bogozniec, et Nozminek intra limites suæ diocesis sitas, quæ, ut asseritur, erant de jurepatronatu ejusdem monasterii, tum ob defectum cleri sæcularis, qui linguam Germanicam caleret, quam unam ferme populus sciebat, tum ob tenuitatem reddituum, qui erant impares pro parochorum sæcularium sustentatione, ac alias ob causas eidem monasterio univit, et incorporavit, eaque propter curam animarum deinceps dictarum parochiarum ab illis monachis dicti monasterii exerceri voluit, quos ipse, sui que successores episcopi Posnanienses juxta sacrorum canonum sanctiones idoneos, ac per examen habiles ad parochiale munus reperiissent, quosque ad dicta beneficia curata instituisent, salva insuper in reliquis omni quacumque ordinaria jurisdictione eorundem episcoporum Posnaniensium; quam quidem unionem, et incorporationem postmodum Antonius Onuphrius suis successor in ecclesia Posnaniensi anno MDCCXXX. ad eorundem monachorum petitionem confirmavit, et ap-

Bull. Rom. Tom. VII.

probavit. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes unionem, et incorporationem hujusmodi, quo firmitus subsistat, et servetur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiti summo opere desiderent.

§. 3. Nos specialem eisdem exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, fraternitati tuæ, de cujus prudentia, fide, religionis zelo, ac summa in rerum agendarum dexteritate plurimum in Domino confidimus, per præsentem committimus, et mandamus, ut constituto tibi de utilitate unionis, et incorporationis hujusmodi, illam sub iisdem tamen legibus, et conditionibus auctoritate Nostra apostolica confirmes, et approbes, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicias, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui hisce desuper quomodolibet intervenerint, suppleas, et sanes.

Tenor commissionis nuntio apostolico porrectum.

§. 4. Decernentes has præsentem litteras, semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et in tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non monasterii, parochiarum, et diocesis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et litteris apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis

Derogatio contrarium.

decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta decembris millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno undecimo.

## DLXXVIII.

Det. Romæ  
16. decembris  
1785  
anno XI.

Declaratio, et revocatio unionis alias factæ diversarum congregationum ordinis beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Exponitur  
quæ fuerit ratio  
decernendæ  
unionis.

§. 1. Cum ea propter justas, et rationales causas, aliquando stabilita sunt, ex novis emergentibus rationum momenti provide oportere declarari, moderari, et immutari, ipsa rerum, ac temporum experientia doceat, nuperrime vero, cum per quasdam Nostras literas in simili forma Brevis die scilicet xxi martii anni MDCCLXXXIII., expeditas, quibus ordini fratrum beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo antiquæ observantiæ omnes omnino congregationes cujuscumque observantiæ, vel reformationis ejusdem ordinis ubicumque existentes auctoritate Nostra apostolica univimus, ac incorporaverimus, licet alias in aliqua earum parte declaraverimus nihilominus alias sint, quæ immutationem, ac moderationem a Nobis expetere quodammodo videantur; Nobis propterea dilectus filius modernus prior, seu magister generalis ordinis præfati exponi humiliter fecit, quod in eisdem literis inter cætera duo decernantur, quod nempe omnes carmelitæ præfatarum diversarum congregationum unum tantum corpus cum eo (scilicet ordine antiquæ observantiæ)

efficiant, ac regulas, et constitutiones memorati ordinis antiquæ observantiæ a Sede apostolica approbatas exacte observent, sublata qualibet inter easdem congregationes differentia, utcumque a prædecessoribus Nostri admessa, easque leges, constitutiones, et consuetudines ordinis, cui noiantur, aggregantur, et incorporantur, profiteri teneantur, alterum, quod si in una, alterave secularium principum ditione adeo pauci sint carmelitarum sic unitorum conventus, ut aptam efformare ex se nequeant provinciam arbitrio relinquimus ejusdem prioris, ac definitorii generalis conventus aggregandi provinciæ viciniori alterius secularis ditionis.

§. 2. Cumque insuper aliquæ provincie in ditione carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Francisæ reginæ fidelissimæ subjectæ in Germania, in Polonia, in Hibernia, ac in Sicilia respective existentes, licet perfecte ordini antiquæ observantiæ prædicto unitæ, ac ejusdem ordinis priori, seu magistro generali subjectæ sint, nihilominus reformatis constitutionibus alias a fel. rec. Urbano pp. VIII. prædecessore Nostro approbatis utantur, quibus nimis durum, ac difficile esset si constitutiones hujusmodi deserere cogentur, ut statuta antiquæ observantiæ jam derelicta iterum susciperent, prout vigore dictarum literarum Nostrarum certo certius tenerentur. Cum rursus licet diu actum esset pro unione trium conventuum Lucani, Regiensis, et Parmensis ordinis prædicti provinciæ Lombardiæ, ob plures tamen difficultates hinc inde exhortas hi tres conventus a dicto priore, seu magistro generali de consensu, et consilio sui ordinis provinciæ Romandiolæ fuerunt unitæ, impetratis a Nobis prius de vivæ vocis Nostræ oraculo necessariis, et opportunis facultatibus: ut itaque, et provinciarum prædictarum tranquillitati consulatur, et unio prædicta firmiter subsistat, ac servetur exactius memoratus prior, seu magister generalis dicti ordinis Nobis supplicari fecit, ut in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur, qui nihil aliud quidpiam per memoratas Nostras literas quærebat, quam, ut hi per fraternæ charitatis compaginem omnes omnino fratrum dicti ordinis congregationes in unum corpus coalescerent, et ad augendum Dei cultum, et ad spirituale Christifidelium bonum pro-

Memorantur  
incomoda quæ  
ab decreta  
unione promanant.

Tenor dismembrationis novæ, cum reservatione subjectionis uni priori generali.

curandum fratres hujusmodi utilius adlabosassent, probe noscentes haud consecuti, nisi dum fratrum animi undique conquiescant, hinc omnem super præmissis curarum occasionem removere, ipsumque exponentem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et penis a jure, vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat conquendum, harum serie absolvendum, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati; ut omnes supraenumeratæ provinciæ, dummodo sub regimine, et gubernio prioris, seu magistri generalis ordinis beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo antiquæ observantiæ pro tempore existentis, eidemque ordini perfectissime unitæ sint suis peculiaribus constitutionibus, jam ut præfertur, a sancta Sede alias approbatis vivere, libere, ac licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus, ac respective decernimus, et declaramus.

Unio conventuum provinciarum Romanodiolæ confirmatur.

§. 4. Insuper memoratam unionem dictorum trium conventuum Lucani, Regiensis, et Parmensis provinciæ Romanodiolæ, ut præfertur, factam, et cuncta inde secuta, ac præsertim nuperimum capitulum provinciale in tractato mense junii Cæsena habitum: actus illius, atque electiones omnes, et quæcumque in eo gesta, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, et quatenus opus sit, dictos tres conventus provinciæ Romanodiolæ ordinis hujusmodi, auctoritate, et tenore præfatis unimus, aggregamus, et incorporamus; ac omnes, et singulos juris, et facti, qui hisce desuper quomodolibet intervenerint, auctoritate, et tenore pariter præfatis supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has præsentis litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere le-

gatos, ac sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac memoratis Nostris literis incipientibus = *Exigit apostolici Nostri* = sub die xxi martii anni MDCCLXXXIII. expeditis, nec non ordinis, ac provinciarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et super expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresso derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis ea prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta decembris MDCCLXXXV. pontificatus Nostri anno undecimo.

Fides habenda transumptis.



Dat. Romæ  
28. decembris  
1785  
anno XI.

DLXXIX.

**Dismembratio archipresbyteratus de Valdonsella nuncupati ab ecclesia Pampilonensi, ejusque perpetuæ unionis ecclesiæ Jacensi.**

Pius episcopus  
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. **E**ximia et apostolicæ Sedis plurimum commendationem merentia studia per sæculares principes de præsulum ecclesiarum, qui jugiter in vinea Domini adlaborantes decentiori substantiatione deficiunt providendo statu, mira exemplaritate suscepta animum Nostrum adeo alliciunt, ut quod sagacissime ab eis dispositum fuit Nostra jure optimo auctoritate firmemus pro ut de cætero ecclesiarum ipsarum suadet utilitas, et Nos in Domino conspicimus expedire.

Rex Hispaniarum exponit necessitatem peragendæ dismembrationis et respectivæ unionis.

§. 2. Cum itaque, sicut dilectus filius Josephus Nicolaus eques de Azara charissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici apud Nos, et Sedem apostolicam administer plenipotentarius, Nobis nuper ejusdem Karoli regis nomine exposuit episcopalis mensa Jacensis illis non sit redditibus dotata, qui dignitatis episcopalis sustinendo decori, et oneribus, quæ præsulum Jacensem ecclesiæ assiduo subire oportet respondeant, et idem Karolus rex, cui dudum hæc reddituum modicitas innotuit cupiens pro eximia animi sui pietate illos aliqua in parte adaugere, ac ceteroquin episcopalem mensam ecclesiæ Pampilonensis longe uberioribus proventibus ditatam esse considerans, illud præ ceteris magis expediens, et æquitati consonum medium occurrendi, scilicet opulentia unius inopiæ alterius mensarum episcopalium hujusmodi opportune adhiberi posse putaverit, proindeque idem Josephus Nicolaus nomine præfato Nobis subjunxerit, quod si a dicta mensa episcopali, nec non prædicta ecclesia; et diœcesi Pampilonensi, archipresbyteratus de Valdonsella nuncupatus, qui olim, et ante illius infrascriptam unionem dignitas, forsitan post pontificalem major in ipsa Pampilonensi, seu forsitan principalis in aliqua ex collegiatis ecclesiis Pampilonensibus, seu alterius civitatis, vel diœcesis existens prævia illius tituli collativi, ac omnimodæ ju-

risdictionis, forsitan quasi episcopalis super infrascripto territorio, seu districtu eidem archipresbyteratui annexo, per illius tunc pro tempore existentem possessorem archipresbyterum de Valdonsella nuncupatum habita suppressione eidem mensæ episcopali, et respective ecclesiæ, et diœcesi Pampilonensi præfatis apostolica auctoritate perpetuo unitus, et incorporatus extitit, dictique archipresbyteratus fructus, redditus, proventus, et bona, ac jura quæcumque, nec non territorium, seu districtum hujusmodi per Nos, et Sedem apostolicam perpetuo respective dismembrentur, dividantur, et separentur, illisque sic dismembratis, divisis, et separatis dictus archipresbyteratus videlicet, illiusque fructus, redditus, proventus, bona, et jura prædicta, eidem mensæ episcopali Jacensi, etiam perpetuo, ut infra, uniantur, et applicentur. Territorium vero, seu districtus hujusmodi, ac loca, et rura, nec non parochiæ infrascriptæ in eo consistentia episcopali ecclesiæ, et diœcesi Jacensi, itidem perpetuo, ut infra aggregentur, et incorporentur, omnesque pariter, et singuli in dicto territorio, seu districtu, sic dismembrando, et respective uniendo contenti utriusque sexus personæ, habitatores, et incolæ inferius expressi ab ordinaria venerabilis fratris Nostri Stephani Antonii Aguado de Roxas moderari, cujus ad hoc, et infrascripta omnia expressus accedit assensus, et pro tempore existentis episcopi Pampilonensis jurisdictione, potestate, et auctoritate, cui alias supposita, et suppositi fuerunt, etiam perpetuo sejungentur, et eximantur, illique sic sejungendi, et eximendi ordinariæ pro tempore existentis episcopi Jacensis jurisdictioni, potestati, superioritati, et auctoritati similiter perpetuo subjiciantur, et supponantur, ac reliqua infrascripta fiant satis, ex hoc idem pro tempore existens Jacensis episcopus in eisdem supportandis oneribus acciperet adjumenti, et prædicti Karoli regis desideria hac in parte implementur.

§. 3. Nos igitur præmissis omnibus mature perpensis, reique congruentia, simulque optimi principis vigilantia perspectis, tam piis ejusdem Karoli regis votis hærerere, ac Nobis desuper porrectis nomine supradicto per ipsum Josephum Nicolaum precibus annuere volentes motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine a mensa episcopali, nec non ecclesia, et diœcesi Pampilonensi

Teor dismembrationis, cum suis declarationibus.

eundem archipresbyteratum, illiusque fructus, redditus, et proventus, qui ante suppressionem, et extinctionem hujusmodi ad mille florenos auri in libris cameræ apostolicæ, ut etiam accepimus, taxati reperiebantur, nec non territorium, seu districtum hujusmodi, et in eo consistentia loca, et rura, nec non parochias infrascripta videlicet = unum di un Castillo cum duabus parochiis, ac quatuorcentum, et sexdecim incolis, eisque respective annexis = alterius loci di Malpica, cum una parochia, et triginta habitatoribus = ac alium de Layana cum una parochia, et vigintiquinque incolis = ac alium de Pos cum una itidem parochia, et quatuorcentum, et octoginta novem habitatoribus = ac alium de Frago, similiter cum una parochia, et septuaginta incolis = ac alium de Marillo de Gallego, eique undecim annexis locis cum una simili parochia, ac tercentum, et quadraginta duobus habitatoribus = ac alium de Salvatierra cum una etiam parochia, ac centum, et viginti septem incolis = ac alium de Aguero, eique pariter annexis locis, cum una quoque parochia, ac centum, et novem incolis = ac alium de Ferandues cum una itidem parochia, ac centum, et viginti incolis = ac alium de Ores cum una etiam parochia, et sexaginta novem incolis = ac alium de Asin cum una similiter parochia, et triginta quatuor incolis = ac alium de Aso, cum una quoque parochia, et decem incolis = ac alium de Lerves cum una pariter parochia, et viginti duobus incolis = ac alium de Esco cum una pariter parochia, et triginta duobus habitatoribus = ac alium de Antieda cum una etiam parochia, et trigintaquinque incolis = ac alium Mianos cum una similiter parochia, ac triginta uno incolis = ac alium de Undeus Pintano cum una etiam parochia, et quadraginta quatuor incolis = ac alium de Lobera cum una quoque parochia, et quadraginta octo incolis = ac aliam de Longas cum una etiam parochia, et septuaginta tribus incolis = ac aliam de Urries, similiter cum una parochia, et septuaginta sex incolis = ac alium de Gordun cum una itidem parochia, et septemdecim incolis = ac aliud de Isuere cum una etiam parochia, et quadraginta uno incolis = ac alium de Nahardum cum una itidem parochia, et viginti octo incolis = ac alium de Pitilla cum una quoque parochia, et septuaginta quatuor incolis = ac alium de Undues de

Lerda cum una similiter parochia, et septuaginta incolis = ac alium de Casteliscar, etiam cum una parochia, et quinquaginta quatuor incolis = ac reliquum loca hujusmodi de Pradilla respective nuncupata cum una itidem parochia, et sexaginta novem incolis = inibi respective existentibus, nec non unum de Biel cum una quoque parochia, et ducentis, et undecim incolis = ac aliud de Luesia cum una similiter parochia, ac ducentis, et viginti sex incolis = ac aliud de Pui Pintado cum una etiam parochia, et septuaginta et octo incolis = ac aliud de Ruesta pariter cum una parochia, et septuaginta incolis = ac aliud de Tiermas cum una itidem parochia, et septuaginta quatuor incolis = ac aliud de Sadaba cum una pariter parochia, ac ducentis, et duodecim incolis = ac aliud de Biota cum una itidem parochia, et nonaginta incolis = ac reliquum rura prædicta de Liques respective etiam nuncupata cum una etiam parochia, et triginta tribus incolis, inibi quoque respective existentibus alias, ut præfertur, eisdem episcopali mensæ, et ecclesiæ, ac diœcesi Pampilonensi respective unitum, unitos, et unita tenore præsentium apostolica auctoritate prædicta perpetuo respective dismembramus, dividimus, et separamus, illisque sic dismembratis, divisis, et separatim dictum archipresbyteratum videlicet, illiusque fructus, redditus, proventus, ac bona, et jura quæcumque hujusmodi prædictæ mensæ episcopali Jacensi, ita quod liceat eidem pro tempore existenti episcopo Jacensi per se, vel alium, seu alios, ipsius episcopalis mensæ Jacensis nomine dicti archipresbyteratus, illiusque fructuum, reddituum, proventuum, ac bonorum, jurium prædictorum, et pertinentiarum quorumcumque per Nos, ut præfertur dismembratorum veram, realem, corporalem, et actualem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam hujusmodi perpetuo retinere, dictaque bona, jura locare, dislocare, arrendare, fructus quoque, redditus, et proventus prædictos percipere, exigere, levare, ac supportatis tamen prius per ipsum pro tempore existentem episcopum Jacensem omnibus, et singulis ejusdem archipresbyteratus alias, ut præfertur, suppressi, et uniti, ac per præsentem, etiam, ut præfertur dismembrati, si quæ sint, oneribus in suos, et prædictæ mensæ episcopalis Jacensis respective usus, et utilitatem conver-

tere cujusvis licentia desuper minime requisita dicta apostolica auctoritate de simili prædicti Stephani Antonii episcopi Pampilonensis consensu itidem perpetuo unimus, applicamus, et appropriamus.

Assignati territorii dismembrati.

§. 4. Territorium vero, seu districtum prædictum, et in eo ut præfertur respective consistentia loca, et parochias superius expressa, et expressas hujusmodi episcopali ecclesie, et diœcesi Jacensi prædictis, ita quod liceat pariter eidem episcopo Jacensi pro tempore existenti per se, vel alium, seu alios ejus nomine veram, realem, corporalem, et actualem possessionem, seu quasi possessionem administrationis spiritualis, et omnimodi juris diœcesani in ipso territorio, seu districtu per præsentem, ut præfertur dismembrato propria auctoritate, etiam libere apprehendere, et apprehensam perpetuo pariter retinere cujusvis itidem licentia desuper ad id minime requisita eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo aggregamus, et incorporamus. Omnesque, et singulos utriusque sexus personas, habitatores, et incolas, tam laicos, quam clericos, presbyteros, et beneficiatos quoscumque in prædictis locis, ac ruribus, et respective parochiis hujusmodi per præsentem, ut præfertur dismembratis, ac respective etiam, ut præfertur aggregatis, et incorporatis respective contentos cujusvis gradus, status, et conditionis existant ab ordinaria prædicti Stephani Antonii, ut præfertur moderni, et pro tempore existenti episcopi Pampilonensis prædicti jurisdictione, potestate, et superioritate simili apostolica auctoritate etiam perpetuo eximimus, et liberamus, illosque sic exemptos, et liberatos ordinariæ jurisdictioni, potestati, et superioritati ejusdem pro tempore existenti episcopi Jacensis dicta apostolica auctoritate perpetuo quoque supponimus, atque subiicimus, ac clero, et populo civitatis, et diœcesis Jacensis respective etiam perpetuo adjungimus.

Contra literas præsentem omne remedium juris submoveatur.

§. 5. Decernentes easdem præsentem, semper et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima, etiam ex eo, quod causæ propter quas eadem præsentem emana-

runt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel quopiam alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuum mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, aliaque ratione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari, possit notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessio, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvare in iudicio, vel extra illud posse, neque easdem præsentem sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quodcumque, etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine singularibus, etiam consistorialiter, ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiamsi in eis de eisdem præsentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendendi, sed semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, fore, et esse.

Clausula sub-  
lata, et decre-  
tum irritans.

§. 6. Sicque, et non alias per quos-  
cumque iudices ordinarios, vel delegatos  
quavis auctoritate fungentes, etiam cau-  
sarum palatii apostolici auditores, ac San-  
ctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam  
de latere legatos, vicelegatos, dictæque  
Sedis nuncios, aliosve quoscumque qua-  
vis auctoritate, potestate, facultate,  
prærogativa, ac privilegio fungentes,  
ac honore, et præ eminentia fulgentes,  
sublata eis, et eorum cuilibet quavis  
aliter iudicandi, et interpretandi facul-  
tate, et auctoritate in quocumque ju-  
dicio, et in quacumque instantia ju-  
dicari, et definiri debere; irritum quo-  
que, et inane si secus super his a quo-  
quam quavis auctoritate scienter, vel  
ignoranter contigerit attentari.

Deputatio exe-  
cutoris apo-  
stolici.

§. 7. Ac præterea dilectum quo-  
que filium Nostrum, et Sedis apostoli-  
cæ respective nuncium in regno Hispaniarum commorantem in exequutorem earundem præsentium, quoad illarum exequutionem tamen dicta apostolica auctoritate ipsarum tenore præsentium deputamus, eidemque nuncio, uti ipse quamcumque personam in dignitate ecclesiastica constitutam in huiusmodi exequutione subdelegare libere, et licite valeat apostolica auctoritate prædicta facultatem concedimus, atque impartimur.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 8. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ prædictæ regula de unionibus, et applicationibus ad partes committendis, et de exprimendo in eis vero annuo beneficiorum ecclesiasticorum valore, ac Lateranensis concilii novissimi celebrati uniones, et applicationes perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri, nec non ab ecclesiis membra dividi, ac distingui, et generalium conciliorum beneficia ecclesiastica unius diœcesis beneficiis alterius diœcesis uniri respective prohibentium, ac quibusvis aliis, etiam in synodalibus, provincialibus eisdem generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque Pampilonensis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, iadultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodolibet, tamen concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias

de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad præmissorum validissimum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Volumus autem, quod summa dictorum mille florenorum auri huiusmodi, quæ ex taxa dictæ Pampilonensis ecclesiæ in libris cameræ apostolicæ descripta ratione dismembrationis ejusdem archipresbyteratus, illiusque fructuum, reddituum, et provenituum prædictorum per Nos, ut præfertur, factæ subducatur super taxa ejusdem ecclesiæ Jacensis in eisdem libris, cameræ apostolicæ prædictæ similiter descripta ex nunc in posterum augeri, et in eum respective transferri debeat.

Præceptum de  
inscribendis  
fructibus in  
libris cameræ  
apostolicæ.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ dismembrationis, divisionis, separationis, unionis, applicationis, appropriationis, aggregationis, incorporationis, exemptionis, liberationis, suppositionis, subjectionis, adjunctionis, decreti, deputationis, facultatis, concessionis, impartitionis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo octuagesimo quinto, quarto kalendas januarii pontificatus Nostri anno undecimo.

Sanctio po-  
gialis.